PAMFLET
116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

PAMFLET

116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Bibl. Segree.
N° 3944. B.I.D.B.
~~VIII~~ F. 125

D. RU
TAP
NCH
Hæreticæ Pra
poſtremi p
inqui
Cancellarii
vani
APOT
FRAN
clↄ I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

D. RUARDI TAPPART, ENCHVSANI,

Hæreticæ Pravitatis primi & poſtremi per Belgium inquiſitoris,

Cancellarii Academiæ Lovanienſis,

APOTHEOSIS.

FRANEKERÆ
cIↄ Iↄ c XLIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

EUANGELIUM PASQUILLI
olim Romani, iam peregrini.

Dolus vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo.

Frequentia falſi Euangelii, ſecundum Archam Auri & Argenti.

GLORIA TIBI AURO ET ARGENTO.

IN illo tempore, dixit PAPA rapax Carpinalibus ſuis. Cum venerit filius hominis ad ſedem Maieſtatis noſtræ, dicat hoſtiarius illi: Amice, ad quid veniſti? Et ſi pertranſierit, pulſans, nihil dans; Ligatis manibus & pedibus, projicite eum

 inte-

in tenebras exteriores. Carpinales vero dixerunt ei, Magiſter, quid faciendo poſſidebimus pecuniam? Ille vero reſpondit: In Lege ſcriptum eſt, Diligite aurum & argentum ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra, & pecuniam ſicut vosmet ipſos: Hoc facite ut vivatis. Hoc enim mandatum do vobis, ut quemadmodum ego facio, ſic & vos faciatis. Tunc venit ad curiam quidam clericus valde pauper, qui oppreſſus ab epiſcopo ſuo, verus Iſraëlita, in quo dolus inventus non erat. Non poterat intrare ad Papam, quia pauperrimus erat. Tunc hoſtiarii percuſſerunt eum, dicentes, Vade retro, Satanas, quoniam non ſapis, quia pauper es: non licet enim in conſpectu
Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Dei noſtri Papæ quenquam vacuum apparere. Pauper ille clamabat: Miſeremini mei, miſeremini ſaltem vos hoſtiarii Papæ, quia manus paupertatis tetigit me. At illi dixere, Paupertas tua tecum ſit in perditionem, non intrabis donec ſolveris noviſſimum quadrantem. Pauper autem ille abiit, & vendidit omnia quæ habebat. Deinde rediens, dedit pecuniam hoſtiariis. At illi dixere, Quid hæc inter tantos? Et eiiciebant eum foras. Tunc venit paulopoſt ad curiam quidam Epiſcopus Symoniacus, impinguatus, dilatatus, incraſſatus, qui perfecerat, & erat valde dives. Carpinales autem clamaverunt cum viderunt eum, dicentes, Benedictus, qui venit in nomine auri

& argenti. Tunc Epiſcopus ille, apertis theſauris ſuis, primo hoſtiariis, ſecundo Carpinalibus munera precioſa & veſtes precioſas obtulit, & camerariis, & cancellariis, & arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi. At ille volens ſe iuſtificare, dedit decem talenta. Audiens hoc Papa, qui ad mortem infirmabatur, lætatus eſt valde, & converſus ad Carpinales, ait illis: Amen, amen, dico vobis, non memini tantam fidem in Iſraël & omni Iudæa. Tranſit primam & ſecundam cuſtodiam, venit ad portam quæ ultro aperta eſt ei: videns autem Epiſcopus, quod Papa infirmabatur ad mortem, ad lectum eius aurum & argentum miſit, & ſtatim liberatus eſt homo: & ſurgens dedit glo-

riam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

riam Auro & Argento, & oſculatus eſt eum, dicens; Bene huc veniſti. Carpinales vero unanimiter & concorditer dixerunt, vere hic homo iuſtus eſt. Et Papa reſpondit, ſi quid petierit in nomine auri & argenti, fiat ei. Tunc Papa ſedens pro tribunali in loco qui dicitur philargyria, quod eſt interpretatum avaritia, dicebat Carpinalibus ſuis; Beati donantes, & qui poſſident pecuniam, quoniam ipſorum eſt curia Romana. Et qui non habet, id quod habet auferetur ab eo: induatur, ſicut diploïde, confuſione, & ſit vobis ſicut Ethnicus & Publicanus. Expedit enim ei, ut mola aſinaria ſuſpendatur ad collum eius, & projiciatur ad profundum maris. Et iterum; Vi-

detene quis vos ſeducat: quicunque vult pecuniam dare, ad nos eum introducite, & qui eam habet, obtinebit quodcunque petit, & qui non habet, anathema ſit. Dixerunt; Hęc omnia ſervabimus, tota virtute noſtra. Audiens hoc Papa, miratus eſt valde, dicens: Amen, amen, dico vobis, non memini tantam fidem in Hieruſalem quantam in vobis; hoc enim facite in auri commemorationem. Exemplum enim relinquo vobis, ut quemadmodum ego facio, ſic & vos faciatis, & rapiatis.

GLORIA TIBI AURO
ET ARGENTO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

De
Corruptione omnium Statuum, & imminente mundi interitu.

SATYRA.

Ex vetuſtiore aliquo codice deſumpta.

AD occaſum cuncta ruunt,
Sed & ipſa ſtudia,
Quibus olim Roma potens
Superabat ſidera.
Quando cœli templa virgo
Petivit Cyllenia,
Totus mundus in errorum
Volvitur caligine.
Nullus curat obedire
Verbis ſapientiæ;
Non ſenectus, non iuventus,
Non ætas infantiæ,
Non clerus, non ſacerdotes,
Non eorum præſules;
Non conventus populorum,
Non eorum principes.
Cuncta, proh dolor, ad ſuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Properant interitum.
Monachorum norma fugit,
Perit vita angelica.
Creſcit rancor, creſcit ira,
Creſcit & invidia.
Quod in ipſis Chriſti fuit,
Mammona ſurripuit.
Totus iam mundus ſeneſcens,
Malos edit homines,
Et in bonis imbecilles,
Et ætate fragiles.
Et à priſca rerum forma
Diſcolorant omnia.
Premit reges præpotentes
Impotens ignavia.
Effrenos male corrumpit
Dulcis inſolentia.
Monachi cum toto clero
Tabeſcunt deſidia.
Perit indiſciplinata
Ruſtica ſimplicitas,
Verbi Dei aliena,
Et paſtoris indiga.
Ovis Chriſti per deſerta
Vagatur erratica.
Cuncti namque præpediti
Curis ſecularibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Plebem Dei caſtigare
Miſeri negligimus.
Sic paulatim navis Chriſti
Sine nauta mergitur.
Sic præceptis contrà imus,
Sic Chriſtum negligimus.
Qui lex eſſe deberemus,
Sic legem confundimus.
Sic contempto redemptore,
Ad hoſtem convertimur.
Sic omnes prævaricati,
Nil docere poſſumus.
At ſi quoſdam verbis tantum
Docere præſumimus,
Hoc erit, cum facta deſint,
Dedocere potius.
Nam verbis facta penſantes,
Quam magiſtros viderint
Sequi viam, mox tenebunt
Dociles diſcipuli:
Ruituri cum magiſtris
Ad infernum ſceleris.
Hinc eſt, quod multi vagantur
Laico ſub habitu,
Arma ferunt, bella quærunt,
Contra fas ſuperbiunt.
Quod deberent Salvatori,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Referunt ad Zabulum.
Aliena quiſque ſibi
Violenter appetit.
Et totum pervertit rapax
Seculum cupiditas,
Mores turbat, ſcindit fratres,
Sacras leges temerat.
Verſipellis fraudulentus,
Adulator callidus,
Primas partes ſortiuntur
De bonis alterius.
Vbicunque libet malis,
Ius reclamant proprium.
Et quis poteſt, quanta laude
Dignus ſit, conjicere,
Falſum illum qui peierans
Fratrem novit fallere?
Hic namque primus vocatur,
Qui primus in ſcelere.
Nullus noſtra tempeſtate
Iuſtus iudex cernitur.
Eſt Aſtrea vetus verbum,
Veritas eſt ſomnium.
Prævalent mendoſa verba,
Veritas eſt fabula.
Ad menſuram nummi, fiunt
Omnia iudicia.

Fru-

Fruſtra ſtat ante tribunal
Pauperum ſimplicitas.
Fruſtra clamat vox pupilli,
Fruſtra plangunt viduæ.
Si quid enim ſine nummis
Ad tribunal obſecras,
Nihil iuvat, nihil prodeſt,
Verba fiunt mortua.
Tibi vero, ſi quid dabis,
Frons arridit iudicis.
Sedet iudex in occulto
Capiendo ſimplicem.
Mulcet illum blandimentis,
Minis terret variis,
Donec ſibi abſtrahendo
Quadrantem det ultimum.
Nummus erit Imperator,
Nummum colunt Principes.
Nummus regit, nummus regnat,
Nummus & iuſtificat.
Quod in Deo non diſponunt,
Per nummum hoc faciunt.
Si non habet pauper nummum,
Facti reus dicitur.
Iudex damnat innocentem,
Dans nocenti veniam.
Plena cui crumena pendet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Hic iuſtus clamabitur.
Sic eſt nummus imperator.
Sic deridet miſeros.
Annuit, ne dicant verum,
Summis potentatibus.
Domat reges, & venale
Efficit iudicium.
Nulla virtus eſt perfecta,
Hac ætate peſſima.
Nullus bonus, cui non inſit
Quædam depravatio.
Pauci ſunt qui vivant caſte,
Niſi per hypocriſim.
Ternis eſt libido fœda
Coniuncta pediſſequis.
Per quas totum replet mundum
Vaga petulantia.
Quarum trium vix eſt ullus
Non fœdatus macula.
Scilicet adulterorum,
Poſt hanc immundiciam,
Et leproſa Sodomorum
Tertiant contagia.
Hæc pro certo lædunt Chriſtum,
Cum deturpant ſæculum.
Omne genus in proclive
Vitiorum trahitur.

Nullus

Nullus metus, nullus pudor
Abutenti vitio.
Inſuper dignus eſt laude
Magiſter in ſcelere.
Nec ad Deum, nec ad ſanctos
Vlla reverentia.
Ridet excommunicatus
Præſulis imperia.
Nullus macer ex iniuncta
Sibi pœnitentia.
Sæva furit atque totum
Perturbat Tiſiphone.
Paſſim clamor, paſſim cædes;
Bella ſtrident undique.
Pax non redit fugitiva,
Neque ceſſant prælia.
Omni die creſcit malum,
Abundat iniquitas.
Ideo per totum mundum
Refrigeſcit charitas.
Antichriſtum iam invitat
Hominum malicia.
Nullum lædit, inhumana
Tetigiſſe vitia,
Neque triſte ſperat ille
Occultus hypocrita,
Quando mihi nullo pacto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Mea parcit Satyra.
Eſſe namque cum non velim,
Dici volo Clericus.
Incedo quaſi modeſtus,
Coronato vertice,
Vt ſic clarus eſſe poſſim
Sub Cleri velamine.
Probo male, tento bona,
Quæ perverſe cogito.
Cute lotus, mente fœdus,
Ad altare ſupplico.
Hoc non eſſe Chriſtiani,
Certus, non conſidero.
Hoc infelix non obſervo
Quod dicente Domino
Legitur, Si munus offers
In templi ſacrario,
Relinque, donec offerri
Corde poſſit nitido.
Fornicem relinquens fœdum,
Impudens altarium
Accedo. Sic rurſum fœdus
Relinquo ſacrarium,
Recurrens ad uſitatum
Denuo volutabrum.
O miſer, Gehennæ flammas
Aliquando cogita.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Et cum peccatrice cadens
Ad Chriſti veſtigia,
Reſurge cum fide, magna
Dei miſericordia.
Reſtant multa præter iſta
Quæ non curo tangere.
In peccatis totum mundum
Cernimus defluere,
Ac ubique deſævire
Rabiem diſcordiæ.
Breve tempus habet mundus,
Inſtat dies Domini.
Non vult Deus ſanctos ſuos
Falſa pace decipi,
Vt poſſint probatiores
Inter plagas fieri.
Sed tu, Deus, omnem ſenſum
Cuius pax exſuperat,
Inter ſæva tuis ſervis
Iam ſuccurre ſcandala,
Vt adhuc in bona tibi
Poſſint vita vivere.
Ne fiat longinqua nobis
Tua miſeratio,
Qui dixiſti tuis ſervis,
Cum hæc eſſe cœperint,
Exultate, quia veſtra

Pro-

Propinquat redemptio.
Cuius nos redemptionis
Facias participes,
Et in cœlis inter divos
Exultare proceres,
Vbi regnans Ieſu Chriſte
Sine fine permanes. Amen.

ALII,

De corrupto Mundi ſeculo verſiculi aliquot, ex eodem vetuſto Codice ſumpti.

Cives, Nobiles, Communes,
Raro doli ſunt immunes.
Nobiles iniuriantur,
Cives vero fœnerantur.
Iam nec populus, nec clerus,
Eſt in ſuo ſtatu verus.
De his omnibus vel ullus
Eſt fidelis, ſive nullus.
Nautæ maris, & coloni,
Qui fuerunt quondam boni:
Sic pervertit eos dolus,
Quod vix iuſtus unus ſolus.
Item mundi Mercatores,

Quid

Quid ſunt heu quam truffatores?
Sive emunt, ſive vendunt,
Semper fallere prætendunt:
Deum ſanctoſque periurant,
Et mentiri parum curant.
Quando boni nummi vadunt,
Statim eos igni tradunt.
Sicque manet pagamentum,
Scoria, & non argentum.
Sic confundunt mundum totum,
Iſtud undique eſt notum.
Pondus, numerus, menſura,
Simul omnis mercatura,
Sic per ipſos ſunt infectæ,
Quod vix unus agit recte.
Niſi Deus opem præſtat,
Deperire mundum reſtat.
Tot & tantis eſt reatus,
Et tam pravus nunc eſt ſtatus.
Natus ante annos mille,
Vere felix fuit ille.
Liquet, fratres, quod erramus.
Tempus eſt quod redeamus.
Tempus eſt nos convertendi.
Tempus eſt nos pœnitendi.
Tempus eſt nos redeundi
Ab errore falſi mundi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Tempus eſt nos emendandi.
Vere tempus eſt plorandi.
Scimus quia tranſit hora,
Redeamus ſine mora,
Redeamus, non tardemus,
Vitam noſtram emendemus.
Nemo debet deſperare.
Nemo debet dubitare.
Tam miſericors eſt Deus,
Nemo vivit ita reus,
Quin ſi veniam precetur,
Deus eius miſeretur.
Amen devote dicamus,
Vt cum Chriſto maneamus.

D. RUAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

D. RUARDI TAPPART, ENCHUSANI,

Lovanienſis Academiæ quondam Cancellarii, &c. Apotheoſis.

Dialogi interlocutores:

RUARDUS, GENIUS, PETRUS, CERBERUS, CHORUS INFERORUM.

Ruardus.

QVis es, qui me à tergo ſequeris, medio luto calcaneum premens, ac crepidas excutiens? Si amicus es, progredere, claude latus, aut etiam præcede. Nam anguſta hæc via eſt, & flexuoſa: quodque pæcipunm eſt, mihi plane ignota, nec unquam talis credita, quæ ducit in cœlum: in quam neſcio quis me turbo impulit, ex quo fruſtra clamantibus & plorantibus collegis, à corpore & terris migravi. Nec ſtare patitur, nec deliberare de progreſſu, aut proſpicere: multo minus, à quo quæram, aut qui monſtret, quiſquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

quam occurrit. Ge. *Vere ignota tibi: cuius tu tamen, etſi neſcias, tam multis monſtrator extitiſti: qui vero nunquam ipſe etiam ductoribus caruiſti, ſed hos tum placuit es korakas. Perge, viator, poſt tutam ingreſſurus viam, & latiſſimam, quaque compendioſa dabit præcipitia: nec carebis occurſatoribus quibuſdam iucundis, quales ſolent in corvorum nidis plumeſcere: qui tamen ut non provolent, procul te invitabit nidor, & fumorum tepor, quo unice ſemper delectatus es. Nam hæc via (quod non immerito conquereris) revera anguſta eſt, & quæ animis tam lato aſſuetis domicilio, tanquam molliter paſtis vix dat ſpacium.* Ru. *Quin tu igitur præcedis? tam graphice hæc pluſquam alpina clauſtra, & tædioſos mæandros memoria tenens? iterũ dico, præverte, ut te ſequar, anhelo propemodum ſpiritu deficiens, & vix pedibus ſenilibus conſiſtens, nedum ambulans.* Ge. *Atqui hiſce pedibus nemo te velocius in Cæſaris aulam penetravit: & hac tam ſenili ætate, ut dicis, etiam epiſcopatum Lovanienſem ſperaſti.* Ru. *Speravi, & quidem iam bona ſpes erat conſe-*

conſecuturum , ut ad fratres ſuos ſcripſit Legatus noſter , Doctor Franciſcus Sonnius. Quantopere vero nunc dolere putas Lovanienſes , quod tantam ſpem amiſerint è manibus ? Ge. *Quantopere ſolent , quorum greges liberantur à rabie luporum.* Ru. *At tu ſi tuum propoſitum tenes , ſoluſque in ſolum tantum audes, dic qui ſis ? Sed præcede tamen: & ſi nunc demum deſtituor imperio , at precibus iſtud ſaltem da meis , ut me ducas.* Ge. *Genius ſum ; ne quæras poſthac : ſocius eſſe poſſum , dux eſſe nequeo , nec licet: parendum eſt ordini: hunc me locum obtinere iuſſit , qui tibi coniunxit.* Ru. *Genios novi : ſed hoc mihi dicas velim, uter duorum adſis. Nam duo eſſe ſolent, alter bonus , alter malus.* Ge. *Dicam nomen meum ſignificantius : tu deinde me utrolibet loco habe. Nam tu qualem me facias, non magni momenti eſt, dummodo opifici ſatisfacio meo. Alaſtor vocor.* Ru. *Nunquam ego quenquam iſto nomine appellatum novi : & Arabicam aut Sarmaticam eſſe vocem puto: niſi forte Græcorum lingua te hac obſcuritate illuſtravit , fons & origo omnium hære-*

tico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ticorum: cuius ego utinam omnes ſectatores! Non dico nunc amplius, qui ſolus ſum, nec habeo ad manum tot præfectos, conſules, & lictores, quot ſoleo, quos omnes, oſtenſis procul utriuſque monarchæ diplomatibus, ita terrui, ut haut paulo obſequentiores habuerim, quam Hieroſolymorum pontifices refractarium illum & cunctatorem Pontificem Pilatum. Ge. Hactenus igitur uno pede impreſſo orbem concitaſti ad miniſteria tui furoris. Et videntur ea fata fuiſſe, ut Regum ſceptra hac tempeſtate quaterentur: nunc venies, ubi mures ferrum rodunt. Cauſa dicenda erit, & ſubeundum iudicium: nec ſuccedet, id quod ſolet, ut terreas omnia tribunalia, captivos ducas ipſos iudices. Ru. Quin tu apertè & clare dicis, quæ vis? niſi reſponſator aliquis mihi in itinere obtigiſti pro comite, & forte è poetarum numero, quos memini ſic ſuppreſſis nominibus, & diſimulata ſententia, tumultuari ſolere. Ge. Non è poetarum, aut larvarum genere, ô bone. Magnus numerus eſt eorum qui veſtram ſalivam lingere nolunt, præter poetas. Ru. Dic igitur,

quæ

quæ de cauſa hoc iter ſuſceperis, & quid mihi tam arcte ac mordicus adhæreas, ut latum unguem ſtationem non mutes, ſed veluti iugo iunctus, cum titubante labaſcas, euntis veſtigia ſubeas, ſæpe etiam priuſquam ego emovero pedem; planeque inſtar umbræ meæ ne motu quidem aut nutu diſcrepes. Id enim animadverto, dum tu caves ne videam te.

Ge. *Videbis, & quidem cito. Legationis vero meæ cauſam ſcies, cum audies actionis initium. Iam feſtina, ut recipiaris quo vis. Audio enim ſtridorem cardinis, & haud dubie magni alicuius meriti anima recepta eſt.*

Ru. *Iam video, te noſtrum eſſe, & hæc prima ſunt quæ non obſcure prolata utcunque intellexi: feſtinemus uterque.*

Ge. *Ita fiat. Quin iam ſe ſuperi produnt connexa Tonantis: via non longa eſt. Et ſi quid aſſequor, video neſcio quem ſeniculum, cancellis implicantem canam barbam: ipſe opinor Petrus eſt: aperiet, ſcio, priuſquam pulſes, ſi modo admittendus es. Nam ſic ſolet. tu modo compella.*

Ru. *Salve, ſanctiſſime & beatiſſime Pater, eccleſiæ Chriſtianæ unicum caput, euangelici ſacerdotii*

autor, unice Chriſti in terris vicarie. Pe Hic homo eblandiri à me velle videtur cœlum. Ge. Imo meruit, & iure ſuo extorquebit: planeque tu artifex eris longe alius, quam Carolus Cæſar, aut quidquid hominum illius unquam in aula ſapuit, ſi quid negare poteris. Ru. Tace, reſponſator. Sed quid hoc oſtiarii ſilentio tandem myſterii, ne dicam monſtri alitur? aperi actutum fores, heus ſancte Petre, heus Petre. Pe. Audio iam, & tandem: ſed nullus omnium eorum, quorum tu me phaleris cumulas. Sanctiſſimum patrem, Eccleſiæ caput, verum & æternum ſacerdotem, oſtendere poſſem etiam digito: Chriſti vicarium minime, multo minus ipſius hoc nomen agnoſcere. Ego ſum Petrus, nec capior laqueis ictus piſcator: tu alium quære, quem ludificeris. Ru. Aperi. Pe. Quam craſſe & imperioſe. Sed unde tandem tam lutulentus ades? tam ſoleatis crepidis, tot interulis, thoracibus, togis, penulis, ſoccis, iiſque omnibus duplo ſuffultis inſutus? quid capite obvoluto veniſti inſtar morientis puerperæ? tam promiſſis unguibus, ut ligones videri poſſint? illotis ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

nibus? facie plane tali, qualis carbonariorum aut figulorum eſſet? cur nares ita mucoſæ ſunt? quin ſaltem te cubito ſubinde emunxiſti ut pluſculum niteres? Ru. *Mihi ſatis emunctus ſum. & ſic certe (utcunque tu me rideas) Regum menſis non ut conviva, ſed numen quoddam tutelare totius Monarchiæ aſſedi: quod dicebam, quod ſuadebam, oraculum erat: quoties quid faciebam, ita omnes me ſuſpiciebant, ut cœlique erebique potentem.* Ge. *Nimirum ut templa Ægyptiorum, pro miraculo eras: præſertim vero cum Maximiliano Bohemorum regi Lovanii panegyricum recitares, atque ille tuum balbum os, ſtrepitumque nauticum aſpernatus, ſilentium tibi imponeret, exclamans, ſe tam quæ dicturus eſſes, quam quæ dixiſſes, intellexiſſe.* Ru. *Imo Carolus ipſe Imperator, quantopere ſuorum regnorum tranquillitati cōſuluerit, mea nixus ſapientia, vel ipſe teſtis eſſe poſſet. Quid enim tu mihi Bohemicum iuvenem obiicis, apud vicinas Turcas paulo minus male quam Turcice educatum? ut taceam interim, talem, quales ſubditi iam centum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

annis fuerunt, non eſſe abſurdum, regem quoque eorum evaſiſſe: quem, dii boni! quantopere gaviſi ſumus non accepiſſe dotalem inferiorem Germaniam, aut adminiſtrationi fuiſſe adhibitum, quod non minimum metuebamus: ſed ita ſubito recurriſſe ad ſuos, ac ſi ex alieno fuiſſet flagellis exturbatus. Pe. *Quid de Carolo gloriari debeas, eventus docuit: quod ab ineunte ætate, etiam cum vitæ ſuæ periculo, non modo hoſtilibus armis, verum etiam totius orbis invidiæ, veſtra potiſſimum arte obiectus, ante tempus, vixdum virilibus annis conſumptus, tædio tum regnorum & imperii, tum humani generis, contabuit. O conſultores!* Ru. *Noſti me, qui tam tragice iſta, etſi depravata abs te & detorta, deſtomachatus ſis?* Pe. *Dicam: ſi tu mihi primum dicas, an unquam ita ſpumantibus labiis, & dentibus collidentibus in obliquum obtortus, ſicut huc acceſſiſti, ad Cæſarem ſis ingreſſus.* Ru. *Quid tua refert?* Ge. *Ego dicam: peculiaris mors Magiſtrorum noſtrorum eſt. Talis fuit & Egmundani, Eccii, Vintonienſis, & Latomi.* Pe. *Cuius*

ius Latomi? Ru. Quæris? non hac tranſiit? atque inter Cherubicos Seraphicoſque ordines, nube alba magis coruſcus ſedet, ut meruit? Pe. Nunquam vidi, nec pepulit unquam (quod ſciam) has fores. Ge. Prudenter, homo callidus. Olfecerat enim haud dubie, quod iſte nunc experitur: quem ab olfaciendo impediit narium mucoſitas, & tenax pituita, qua ſemper ad umbilicum uſque propendente laboravit. Sed credidit ſe ad Cæſarem irrupturum. Ne putes unquam hac cauſa deterritum fuiſſe. Quinetiam cum hanc mortem conſciſceret ſibi, ſanguinarii edicti cauſa per medias ſtationes in intimum Philippi regis cubiculum perrupit: cumque non quale volebat reſponſum tuliſſet, obiurgatis paſſim velut de plauſtro conſiliariis, ſubito collapſus, in hanc ſpumam exæſtuavit: nec poſtea aut ad ſe aut ad ſuos reverſus eſt, ſed huc enixus eſt: nihil magis deterſus, ut vides, quam ſolet. Pe. Quod tibi nomen eſt? ut cognoſcam tam fortem heroa. huc tamen non perfringes me invito: & erit iſta ſpeculatoria feneſtra paulo firmius obſerata, quam regis cubicu-

lum, etiam obſiſtentibus omnibus ſatellitibus. Ru. *Nomen, ô bone?* *Non Daphnis ego in ſylvis fama ſuper æthera notis: ſed quem hiſce catenatis diplomatibus impreſſit ſanctiſſimus D. N. Papa. rem totam habebis, ſi ſaltem capitales literas oculis percurras.* Pe. *Non ſum Oedipus, penitius mihi admovenda ſunt lumina.* Ru. *Lege igitur.* Pe. *Saulus Tertius, Cerberus ſervorum Dei, dilecto nobis in fiſco filio, Grovart Slabbart de Stenckhuſia.* Ge. *Pulchre profecto & prout iſte meretur. Video vel ſine me hanc peragi poſſe fabulam. Omnia, ut video, ante nos huc perlata ſunt: & perinde hac ſi in tabula annotata eſſent. nihil fallit.* Ru. *Vt te dii deæque perdant, calvicium maligniſſimum, qui ſi inter homines adhuc eſſes, quam ſupplici pœnitentia hanc linguæ petulantiam defleres? Sed video cum iſto moroſo ſeniculo æquis conditionibus nihil ſucceſſurum. tota authoritate opus eſt, ut incutiam terrorem: explicabo ipſa, quanta ſunt diplomata. Ecce, nunc tandem inſpice, ac lege exactius.* Pe. *Legi, relegi, inſpexi. ſufficiunt principia: non*

ſum

ſum tam ſtupidus, ut non poſſim ex ungue leonem. Ru. Sunt à Cæſare, ſunt à Pontifice Max., ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis: nec quiſquam eſt qui non iuri ſuo ceſſerit, atq; in me tranſtulerit. Pe. Aperi diplomata iis quorum negotium egiſti. hic tantũ unicum libellũ agnoſcimus ſeptem ſeris conſignatum, quem aperit Agnus, & nemo claudit, idẽq; claudit, & nemo aperit. Ru. Acccerſe igitur ipſum huc Carolum, ut inſtrumentis ſuis teſtimonium det: aut (ſi dignetur interpellari) ſanctiſſimum ac beatiſſimum patrem Paulum Tertium. Pe. Paulum alibi quære. de Carolo nihil eſt quod ſis ſolicitus: altius fortaſſe immixtus eſt piorum cœtibus quam ut poſſit ad iſta veſtibula excurrere. Satis afflixiſti vivum, nec eſt ut nunc etiam pace conſopitum impudentia veſtra interturbetis. Ru. De Carolo dubitas? at Paulus Quartus miſſa ſolenni ad Philippum filium eius legatione, certo illi nunciavit, ſe, pro ea autoritate quam Chriſti Dei vicarius haberet in omnia ea quæ hominibus poſt mortem accidere ſolent, mandaſſe ſanctis angelis, ut

quam ociſſime prætervectum purgatorio, recta in cœlum reponerent: & ſe compertum habere, id ita eſſe factum. Ge. *Scilicet momento ſcivit Paulus illum expiraſſe. Verum eodem momento docere ſoletis animas acceptas eſſe ſuo loco. aut igitur ſine Pontificis beneficio tenuit cœlum, aut non præteriit purgatiorium.* Pe. *Sit ita ſane: ſed cur tot ſumptibus, quot vix Perſarum theſauri ſufficiant, in miſſas & funebres precationes factis, oppugnatum eſt purgatorium? quos ſatius erat remittere miſeris ſubditis longo bello exhauſtis, aut ſaltem expendere in bellorum uſus. Præſertim vero Ferdinando Imperatori oportebat ſignificatum, ut parceret iis pecuniis, quas Auguſtæ mortuo fratri impendit: quas rectius perdidiſſet in nimis vivos vicinos ſuos.* Ru. *Turcas dicis?* Pe. *Olfeciſti.* Ru. *Non ut animæ ſubveniretur, hæc obſervata ſunt: ſed ne vulgus neſciens, quod Pontificis indulgentiis Carolo hæc comparandæ ſalutis facilitas proveniſſet, iſta ſatisfactionis opera vel illuderet, vel non neceſſaria putaret, exemplo ſcilicet tanti & tam pii monarchæ, præſertim*

tim hiſce calamitoſiſſimis temporibus, quibus hæreticorum machinæ ita circumſteterunt purgatorium, ut nunquam arctiore obſidione fuerit preſſum vel ipſum Saguntum. Sed quid audio? non potuit hic quiſquam intrare, niſi tu aperis fores? Pe. *Vis quædam occulta ineſt iſtis foribus quæ piis plerunque animis ſponte patent, quos velut vento quodam & molli Zephyro ſublatos, ſtatim nubes quædam alba recondit, me non ulterius ſcrutante: niſi quod plerunque hac iter feciſſe, tunc demum intelligo, cum angelorum congratulationibus & ſymphoniatis modis omnes cœli perſtrepunt.* Ru. *Suſpicaris igitur, non eſſe admiſſum?* Pe. *Certe ut difficultate eius introitus non careret, multæ ac familiares animæ aliquando hic retulerunt, à male quibuſdam feriatis monſtris ſatis diligentem navatam eſſe operam. Vt tamen magis propicia ſperem, adducor ſingulari eius probitate, qua ferebatur nunquam non ad totius orbis pacem & tranquillitatem. Si quid errore commiſit, aut furioſorum hominum expugnatus importunitate exorbitavit, confido, ſum-*

mi numinis æquitatem id imputaſſe ipſis autoribus, qui pro illo commiſſa luant. Quamobrem ita ſtatue, tranſiſſe quidem illum, nec fuiſſe excludendum tam nobilem heroa: ſed nunc eſſe eo loco, unde avelli nolit; ut ad tam dira portenta, quæ vivus nunquam potuit excutere, ſaltem nunc non accedat. Ge. *Recte.* Ru. *Quid igitur tu ad tam ſenſata veſtibula excubas calvus cuſtos, ſi ſponte ſe reſolvunt repagula, & revolvuntur cardines?* Pe. *Vt vides, non omnino ſupervacuus aut ocioſus hic deſideo. quin & ipſe alios ut ingenuos admitto, alios ut nothos & huc non pertinentes repello.* Ru. *Qui id ſcis, & unde tu hanc animarum qualitatem dignoſcis?* Pe. *Characterem inſpicio. quem alii habent Agni noſtri, de quo ante dixi. alii cuiuſdam Babylonicæ beſtiæ, quæ effundit ſanguinem ſanctorum, & inebriatur ex eo.* Ru. *Vtro ſigno me agnoſcis, quod ita tergiverſaris in aperiundo?* Pe. *Nondum perluſtravi: ſed ſi is es, de cuius potentia hic nuper quidam gloriati ſunt, memoriter teneo.* Ru. *Quos dicis? nam invidere non debes, ſi quis fortiſſima facta*

mea

mea, quibus Sacra Romanorum Eccleſia maieſtatem aſſerui, ebuccinatus eſt. Pe. *Certe ſimillimi erant tui, niſi quod te ducem ſuum profitebantur, ſe vero ſub te militaſſe: & modo exploratorum, modo legatorum, ſubinde etiam lictorum munera obiiſſe dicebant: adeo non pudebat, vel quovis modo operam navaſſe tam forti ac magnanimo triumphatori.* Ru. *Forte Latomum dicis, Atenſem, Egmondum, aut Hogoſtratum, olim bellicoſiſſimos pro Eccleſiæ regno dimicatores: ſed quorum ego tunc tiro eram, & caſtrorum diſciplinam diſcebam.* Pe. *Et iſtos vidi aliquando inter primos manipulos armis fulgentes, cum Iulius Ligur nobis bellum inferret, totique cœlo moliretur excidium; ſed hos iam iam alibi ſepelivit alta oblivio.* Ge. *Vt audio, etiam hic ibit quo illi ſunt reiecti: ſiquidem non ſunt (ut dicis) huc reverſi.* Ru. *Dic rem ipſam.* Pe. *Quid rem? quaſi non iſta pauca iam ſufficiant. recentes animas dico, & propemodum eodem momento huc allapſas, adeo ut ſe mutuo ad ſocietatem expectaſſe viderentur. Nam etſi diverſis diebus expi-*

raſſent, incedebant tamen indivulſæ, ſatis compoſito & bene morato geſtu, niſi quod dux (ut videre licebat) homo Gigantæa ſtatura, pedibus manibuſque inſtar ſaginati tam pulpoſis, vultu crudeliter etiam in ipſos ſocios obliquato, oculis trucibus, voce ad villatici canis rictum tumultuante, non admodum iucundum ſalutatorem ſe mihi obtulit. Demogorgon aliquis, aut è Titanum caterva torviſſimus videri poterat, quo ego ferociorem nunquam quenquam vidi: verbum nullum prolocutus, nec facto ullo ſigno cur veniſſet, cœpit convellere has valvas: & cum ego forte imprudentius progreſſus prohibere conarer, me quoque calcibus exemplo irati aſini impetebat. Credo vivum non abſtinuiſſe, quin alibi in ipſa templa & curias vim fecerit. Sequebantur tres eum comites, diverſo colore & moribus. Primus fuſcus erat plane, mimimum à nigro diſtans: is verbum non proloquebatur. Alter facie pluſquam virginea, vultu blandiſſimo, cute & candida & mollicula, voce ſuaviſſima: qualem puto Romanos Cardinales dolere ereptum ſibi ſi modo
norant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

norant. Tertius forma nõ multũ diſſimilis erat, ſed vultu ſimpliciori, & moribus non ita medicatis, ut alter: hunc admiſi, iudicans, non inutilem eſſe civem poſſe in civitate pacis: etſi character repugnabat, quem interpretabar imprudentiſſime impreſſum. Ru. *Quo igitur reliquos ablegaſti?* Pe. *Poſt varias concertationes, & irritas in hoc oſtium impreſſiones, neſcio quo delapſi ſunt. obſidionem noſtri moliri videbantur, identidem invocantes neſcio quem ducem ſuum, quem lingua rabienti, canina litera præcipue, rotulabat ille quem dixi Demogorgon: nam cæteri videbantur detrectare militiam, & purgatorio ſe permiſſuros, donec expiatiores huc redirent.* Ru. *Quem dicebas nominaſſe ducem? ſi ego ſum, legiſti paulo ante quis ſim, & potes iterum.* Pe. *Non libet.* Ru. *Ducem non alium potuerunt nominare, quam me ipſum, apud quem à multis annis ſumma poteſtas fuit: nec illata eſt hæreticis clades per Flandriam, Brabantiam, & reliquas ditiones, cuius non triumphi ad me pertinuerint, quanquam prælia ipſa per legatos meos in ex-*

peditiones miſſos commiſi, de victis ſemper ad me Lovanium tanquam ad regni ſedem relatum: ipſe cognovi cauſam, ipſe tuli ſententiam, quam remiſi ipſis exequendam. Pe. *Parce verbis: nam ſigna delarant, te ipſum eſſe qui hic tam magnifice, priuſquam veneris, innotuiſti. Et, ut dicis, totis triginta annis multi fruſtra pepulerunt has fores: qui quotquot erant, ſemper aliquid de te magnifice narrarunt.* Ge. *Ego ederem qui dicerentur, niſi obſtaret patriæ ipſorum reverentia: quæ quemadmodum publico gaudio ab his vomicis liberata eſt, ita infamia laborare non debet.* Pe. *Vomicas dicis? profecto vere vomicas. nam qui præcedebat, corpore omnino inflammato erat, gutture purulento, ut totum fel in dentes offuſum dixiſſes. ſuum fatum medico imputabat, quem conquerebatur adverſariis ſuis quam ſibi æquiorem, non ſatis integra fide ſibi porrexiſſe pharmaca. ſocii dicebant falſum eſſe. quidquid erat, omnes laborabant lividis anthracibus: quales ſolent veneno ſublatis, aut peſtilēti igne extinctis in cute exæſtuare. à longe ſequebatur*

neſcio

neſcio quæ gilvi coloris, vilis & olida animula: quæ poſtquam ſilentio eventum expectaſſet, neſcio quo abrepſerit. Sed & admodum pridem, te hic quidam pluſquam cœleſtibus laudibus evexit: tamen non aliter quam ebrius morio motitabat caput. qui poſtquam nihil non habuiſſet, me ruſticum & ſtupidum cœpit vocare. Paulum vero fratrem meum, non ſolum exagitabat conviciis, ſed & ad monomachiam provocabat, ſi eſſet intus. Nam id dicebat ſe vix credere; qui tantum ſuppeditaſſet vulgo ad inſaniendum materiæ, quantum ad obruendam totam Romam ſuffeciſſet, niſi fuiſſet mature proviſum. Quem cum ego ea occaſione commotus interrogaſſem de fide: reſpondit, peſtilentem eſſe de fide mentionem, & hoc veneno præcipue nocuiſſe Paulum. Se, ut fuiſſet iuſſus, non mihi aut Paulo noſtro nomen dediſſe, ſed Rom. Eccleſiæ: quæ ſi præcepiſſet credere, manticas Minoritarum eſſe ſinum Abrahæ, & clitellas aſinorum eſſe cœlum, ſe fuiſſe crediturum. Nam hoc eſſe pium, eo quod materiale quodvis mendacium formam veritatis aſſumat, iubente Ec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

te Eccleſia Romana: quæ etiamſi velit errare, non poſſit. Quinetiam hoc addebat, Paulum vel me cenſore eſſe condemnatum hæreſeos, præſertim ubi de coniugio epiſcopórum moviſſet ſcrupulum: quem locum adeo noxium clamabat, ut ſe iuraret malle mille viros pugione confodere, quam ſemel de coniugio cogitare. Ru. *Et mea quidem ſententia pie: qui ad cœlibatum ſervandum, vitandumque coniugium, ſoleo noſtris orgiis initiatos hortari, ut quoties ſentirent deſiderio humanitatis intumuiſſe venas, orarent Deum, ut ab ea imbecillitate liberaret ipſos per ſomnia & nocturnas pollutiunculas. Si ne hoc quidem prodeſſet, quod non poſſent caſte, facerent caute, nec admitterent ullo pacto in animos ſuos flagitioſam cogitationem de coniugio ſacerdotum. Nam ut liceret etiam ſacerdotibus ducere uxores, tamen vel hac ratione non admittendas, quod nulla mulier ſit digna tam ſublimibus perſonis, quibus ſolis dictum ſit: Ego dixi, dii eſtis, & filii excelſi omnes. Item illud inculcabam: Et videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ,*

ingreſ-

ingreſſi ſunt ad illas, intelligendum eſſe de ſacerdotibus. Ge. *Ingenioſe. itaque uſque in hodiernum diem nati ſunt Gigantes ſuper terram, qui etiam nunc oppugnant cœlum.* Ru. *Sed non intelligo quinam iſti fuerint, quos iſtæ deſcriptiones mihi gignunt.* Ge. *Non eſt mirum, cum tu ſemper fueris homo omnium mortalium ſtupidiſſimus, & ruſticiſſimus: adeo ut Roberto Bergenſi Nobiliſſimo Principi ſuſcipienti epiſcopatum Leodienſem, nomine ſociorum tuorum dicturus panegyricum, in frequentiſſima procerum corona non veritus ſis crepitum ventris emittere, exiſtimans hoc tuæ ætati & valetudini eſſe tribuendum.* Pe. *Ha ha he: præſtitit ſibi ipſi applauſum, tanquam bene peracta fabula.* Ge. *Verum dicis: & ita pater eius ventis nimium ſpirantibus ſolebat occinere, quoties antennam convertebat.* Ru. *Quid iſte garrit poſt tergum meum?* Ge. *Sufficit hunc ſolum intelligere: tu perge expedire, ſi quid vis.* Ru. *Dic, quo illos, quos iam ante dicebas, abiiſſe putes: ſi non ſunt intromiſſi, ut innuis.* Pe. *Vbi te haud dubie expectabunt.* Ru. *Non intelligo*

telligo quid loquaris. Sed poſſeſne mihi iſtius poſtremi edere nomen? Pe. Non poſſem certo, niſi quod, ſi primæ ſyllabæ, quam ſolam recordor, adiicias ſibilum, bos fiat. Et videbatur ſylvam aliquam habitaſſe, ac fœnum fuiſſe comeſturus, ſi quis obieciſſet. Ge. Quid comederit neſcio, in cornu ſemper geſtavit, totus pertinax, impudens, moroſus iracundus, (ut ſolent imperiti & ſtolidi) ſuſpicax, curioſus, ridiculus; quæ omnia tegebat facies in rugas contracta, ut ſimiam potius quam hominem dixiſſes. Qui norunt hominem, aiunt, ab iis ipſis, quos ſectabatur, colebat, quorumq; negotium ut ſymmiſtes & ſocius curabat, etiam rideri ſolitum. Sed quod probe ſaltaret morionem in fabula, multa explorãs, multa mentiens, multa prave interpretans, prout ipſe aut impudenter ſe ingerebat hominũ ſecretis, aut ut oblectamento futurus adhibebatur, aut ab agnatis, quos etiam prodebat, invitabatur; viſus eſt idoneus quem pro publico otacuſta & delatore haberent in honore. Præſertim vero iſte Caninus dux unice delectabatur, ne non haberent ſimiles labra lactucas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

cas: & convenit alioqui eleganter inter canes & ſimias. Erat & hoc inter amicitiæ philtra, quod irrequietus Therſites ſuis impenſis omnia faciebat, currebat, mittebat, nunciabat, ibat iniuſſu in rem præſentem, ſubrepebat in conciones eorũ quos deſtinabat calumniæ: latitabat in populo, aſſidebat inquiſitioni, ſubſcribebat actis, dicebat teſtimoniũ. Atq; hæc omnia generoſo iſti duci gratis. cuius tamen nomẽ, ut præcipuæ perſonæ ad emungendum Cæſarem pecunia, ponebatur in rationibus: nam hoc ferebat indoctus aſinus: & chirographa dabat, quibus ſibi ſatisfactum fatebatur, cum nihil accepiſſet: contentus honore ſocietatis, & ſibi blandiens zelo conſervandæ religionis. Ru. *Quid ſibi hoc vult ſilentium? cur non admittimur?* Pe. *Ego ſatis multa audivi, quæ præſtaret abs re non eſſe facta: ſed ut video, tuæ aures parum intelligunt quid alii loquantur.* Ge. *Ita ſolet, & adhuc ingenium obtinet.* Ru. *Cur hic diem conſumimus? cur tu non aperis?* Pe. *Ne tu intres.*

Ge. *Nec hoc audit. niſi ſtupidiſſimus eſſet, & inter nauticos boatus editus, a-*

nimad-

nimadverteret utique, te labra movere. Pe. Nondum ſcio qui ſis, nec qua fretus virtute huc acceſſeris ex te audivi, ut ſoleo ex illis quibus non ſponte patet hæc ianua. Ru. Poteras legiſſe. Pe. Poteram, ſi tu permiſiſſes, ac non interturbaſſes legentem. Dic tu ipſe. Ru. Sum Ruardus Tappart ab Enchuſia, ſeptem liberalium artium magiſter, ſacræ paginæ Doctor & Profeſſor, Decanus Capituli D. Petri Lovanienſis, nec non eiuſdem almæ Vniverſitatis Cancellarius, autoritate ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis Romanæ, & Maieſtatum, primum Cæſareæ, deinde Regiæ, per univerſos diſtrictus ditionum partium inferioris Germaniæ, & diœceſium in eiſdem, Inquiſitor hæreticæ pravitatis, generalis & ſpecialis, plenariam poteſtatem habens, cum poteſtate delegandi & ſubdelegandi, directe vel indirecte, mediate vel immediate, prout ratio ipſa poſtulat: Catholicus, orthodoxus & fidelis filius ſacroſanctæ prætactæ matris Romanæ Eccleſiæ. Pe. Ego ſum Petrus, cui dictum eſt Paſce oves meas. cætera tua terriculamenta mihi nauſeam movent, nec libet de ſingulis percunctari

Illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

*Illud dic mihi, cur iſta de ſcripto recita-
veris: non tenebas memoriter?* Ge. *Me-
moriter? vix præ cunctis verba repetat,
niſi corrupta, adeo ut ſe ipſum nunquam
niſi pro Ruardo Suardum appellaverit:
& niſi diplomata tituloſque ſuos legenda
ſemper exhibuiſſet, hactenus à ſuibus or-
tus creditus fuiſſet. Præmonuerat hoc
mater Profeſſores, cum primum inſtituen-
dum adduxiſſet. Alioqui ex ipſius ore
nunquam potuiſſet intelligi. Vides ipſe
ingenium, audiviſti hactenus ſuilla lite-
ra perorantẽ, quare nunc de ſingulis.* Pe.
*Non libet, ut dixi: eloquatur, ſi velit,
quo fiſus merito cœlos pulſaverit, & quæ
ſe titulorum parte præcipue venditet.* Ru.
Inquiſitionis. Ge. *Hoc audivit.* Pe.
*Num tu igitur nobis Minos aliquis, aut
Rhadamanthus ades?* Ru. *Nec Minos,
nec Rhadamanthus, nec Hercules ali-
quis hydrarum decollator, aut taurorum
domitor: aut draconum ſtrangulator: ſed
hæreticorum oppreſſor, Catholicæ fidei
propugnator, ſacrarum ſcripturarum
interpres profundiſſimus, diſputator ſub-
tiliſſimus: patrum autoritatis, Synodo-
rum, Conciliorum, & Sanctæ ſedis de-
creto-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

cretorum defenſor indefatigabilis: non Augiæ fabuloſum ſtabulum, ſed fonte catholicæ religionis ab hæreticorum ſpurcitie repurgavi. Ge. *Indicat res ipſa præſertim calcei tui oſtendunt, quam purus purgator fueris.* Ru. *Non Erymanthæum aprum, ſed Saxonicum caprum devaſtantem vineam Domini proſtravi.* Ge. *Scilicet ille cornua non habuit, & ſtatim ſe dedidit.* Ru. *Sed ne longum hic remorer ipſe introitum meum, breviſſime explicabo ſtudia, labores, certamina, expeditiones, victorias ac triumphos meos, ut geſta ſunt omnia.* Ge. *Narra, ut admittaris: ſicut & tu admittere ad excuſationem ſoles, de quibuſcunque vel Baccalaureus aliquis tuus, vel coquus monaſticus, vel ſtoreata anicula ſemel oblique ſomniaſſent.* Ru. *Natus, ut ab initio incipiam, ipſiſque quod aiunt crepundiis.* Ge. *Ab ovo Ledæ, aut ſi mavis matris tuæ: ut ſoles in ſcholis, quum Euangelium Ioannis nono demum anno abſolveres.* Ru. *Natus inquam Enchuſæ, oppido Hollãdiæ clariſſimo, anno 1485, regnante Cæſare Friderico III, Pontifice M. Innocentio octavo, indictione 4, Menſis*

ſis Februarii die 15, liberaliter ſum educatus. Pe. *Tu Enchuſæ?* Ru. *Miraris, in urbe quæ perpetuo nautarum clamore tumultuatur, & fremitu ipſius maris quotidie obſurdeſcit, tam quietum & ſpeculativum editum eſſe ingenium? Anacharſis inter bubulcos & opiliones Scythiæ natus eſt, & in capitibus nidiſque brutorum animantium naſcuntur precioſiſſimæ gemmæ.* Pe. *Quam precioſam inveniret, ſi quis refringeret tuum cerebrum.* Ru. *Natus inquam mediis Bacchanalibus.* Ge. *Satus medio Maio, cum male nubunt, ut vulgus ait.* Ru. *Cum ſingularis eſt parentum noſtrorum hilaritas. Inſtruentes enim novas navigationes, ſpe veris, paulo liberius inter ſe vivunt: ut ſtatim valedicturi.* Pe. *Quid iſte garrit?* Ge. *Vt ſolet, quod in buccam venit. Sed intellexiſti, credo, cum nautæ (inquit) vino & exotica cereviſia inflati, arctius complectuntur uxores ſuas.* Pe. *Ebrii nautæ filium dicis?* Ge. *Apparet: & quidem abſente patre ſatum. id enim ipſus fatetur, cum dicit, ibi maritos novo vere expeditionibus navalibus abeſſe. Sed credidit opinor ſe eodē*

com-

complexu & ſeminari & edi in lucem
Pe. *Noſti tu hominis patriam?* Ge. *No*
vi honorificentius quam ipſe: qui ut
ſe miraculo extolleret, modo eam Scythi
& beluis comparabat. Civitas eſt, qu
præter navigandi prærogativam, qua e
omnibus mundi plagis in uſus totius Ger
maniæ convehit, quicquid eſt ubique
laudatiſſimarum mercium, præter etian
inſtruendarum claſſium & navalibu
præliis decertandi peritiam, (quod Galli
Geldri, Scoti & Cimbri, haud rar
magna ſuorum clade ſunt experti) etian
magnis ingeniis & in omni diſciplina
rum genere verſatis nunquam caruit.
Sed quemadmodum in corporibus formo
ſiſſimis etiam lentigines, puſtulæ, & ſæp
fiſtulæ apparent, quibus quidquid in
eſt mali, tanquam per canalem eva
cuatur: ita iſte totius patriæ ſtultitiam
quantacunq; durante nebuloſa bruma,
nauſeabunda illa remigiorum crapul
eructavit, in ſe tanquam in cloacam de
fluxam evacuavit. Hæc erat divin
ingenii limpida ſcaturigo, qua illi ad ſtu
dia ſophiſtices, & myſticæ Theologiæ inti
ma adyta patuit ingreſſus. O dies feſtu
nive

niveo lapillo, &c. Porro & quæ eodem tempore conſtellationes fuerint, quæque earum influentiæ, non eſt, Petre, ſilentio prætereundum. Sol Piſcium auxilio na-itabat inter Capricornum & Taurum, ingenioſiſſima ſigna: Luna patiebatur eclipſim, quæ doctiſſimo Magiſtro haud dubie in aſcendente fuit. Saturniculus & caput Martis arctiſſimo modo coniungebantur ſub cauda Draconis. Notum eſt omnibus, quanti tunc legumlatores ſoleant in lucem edi. Opinor ſub eadem cœli ſtatione olim natos fuiſſe Therſiten Homericum, Maronianum Chorœbum: & reges quoſdam laudatiſſimi nominis, Midam illum Phrygium Gordii bubulci filium, ſed aſtrorum potentia regno potitum: & Claudium Romanorum Imperatorem. Sed iſtum talem futurum, iam diu ante prædixerant, qui horoſcopum eius ſupputaverant Fratres, Franciſcus Monachus Minorita, & Cornelius Scopperus, ingenioſiſſimi Mathematici. Pe. Miror matrem meminiſſe qua hora edidiſſet infantem, ſiquidem ipſa ſenſu caruerat præ dolore: patrem alta conſopiverat ebrietas. Ge. Patri mos e-

rat ad horam tertiam ſaburræ parte exonerare alvum. id illi tunc inciderat in idem momentum, quo primus vagitus infantis auditus eſt. Ru. *Quid iſte tam diſſolute garrit? aut ſilentium impone, aut mihi aperi.* Pe. *Neutrum faciam: tu perge narrare, ſi libet.* Ru. *Natus igitur in clariſſimo Hollandiæ emporio, nec infelicius educatus, breviſſime dicam, quibus rudimentis ad hanc pluſquam angelicam illuminationem venerim. Primũ in vicinis patriæ locis, diligentiſſime perceptis omnibus iis quæ ad Grammaticæ inſtitutionem, cum ab Alexandro, tum ab Synthenio diligentiſſime ſunt tradita: nec minus exacte ſatis intellecto Petro Hiſpano, cum omnibus gloſſis & commentatoribus eius: ut ad altiora tandem conſcenderem, Lovanium ſum à parentibus ablegatus. Ibi ſtatim in matriculam ſtudioſorum receptus, ſub acutiſſimis magiſtris, quorum nomina nunc non teneo,* Ge. *Tuo more.* Ru. *Philoſophiæ cœpi operam dare, doctiſſima uſus interpretatione Thomæ Scoti, Aegidii de Romano, Holcoti, Bricoti: Donec M. N. Iohannes Briardus*

Aten-

Atenſis, Nicolaus Egmundus, & Godſcalcus Roſemont, aliique doctiſſimi magiſtri, me magiſterio artium inſignitum, per Petrum de Taranta, Bonaventuram, Gabrielem Biel, prætactoſque Thomam & Scotum, ad ſacroſanctum doctoratum Theologiæ ſubveherent. Nec mora, eveſtigio cum tã veteranis athletis (etſi adhuc tiro) ad ſũmas cathedras evectus, (penſabã enim infirmam ætatẽ præcoci prudentia. Ge. Ita eſt. Ru.) Ad legationes ſum amandatus. Commodum tunc Lutheri & Zuinglii hæreſes pullulabant, ac gratioſe verſabantur prodigioſis libris editæ in manibus hominum. Hoc omen mihi omnes accommodabant, clamantes, me natum eſſe temporibus omnium maxime neceſſariis, ut qui magis ad iſta propulſanda deſiderarer, quam olim Camillus aut Scipiones ad eripiendam Rempublicam. Commendabar præcipue, quod gentilium Poetarum & Oratorum ſcripta, præcipue vero Eraſmi, tunc falcinantis puerorum paſſim ingenia, cane peius & angue odiſſem: quod vocum ſignificationẽ, & Eccleſiaſticæ latinitatis puritatem, puer non è Terentio aut Cicerone,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſed Gemma gemmarum & Catholicon te, artem epiſtolandi ex Carolo didici, ſem. hinc divinabant etiam tunc Aſtro nomi, futurum, ut prima & extrema ſtorum malorum viderem. Quod tame Deus avertat, Imo qui prophetican inter nos ſciebant, plus ineſſe iſtis omni bus ſignis præſagii dicebant, quam quo Hercules in cunis duos dracones confre giſſet. Tales divini in noſtro ordine erant tum non pauci. Ge. *Scio, quot Elephantes in arundinibus nidificant.* Ru. *Recordabantur & matris meæ, piiſ ſimæ matronæ, quæ cum me in pædagogi traderet liberalibus artibus inſtituen dum, narrarat, me, cum puer eſſem ſe decim annorum, nimirum biennio ante quam me adduceret, nondum dignoviſſ inter vaccam & molam farinariam, in ter equum & onerariam navim, qu tamen omnia licuit quotidie in pomerii & portu noſtræ patriæ inſpicere: niſ quod equorum modicus apud nos uſus Quamobrem & Dieſti oppido Brabantiæ, cum Lovanium deducendus incidiſſem in forum equarum, matri oſtendi rem monſtri ſimilem, quod vaccæ carerent cor-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

cornibus, non animadvertens equos eſſe. Ge. *O vere piſtillum retuſum, & hominem piſtrinis magis natum, quam ullis literis, nedum ſacris, quod ſæpe non veritus eſt dicere in publico Magiſtrorum cœtu Martinus Dorpius.* Ru. *Hoc igitur dicebat Nicolaus Egmondanus, vir angelicæ vitæ, certiſſimum eſſe ſignum, quod contemptis omnibus mundanis & terrenis rebus, altius per ſpeculationem in cœlum ſubvectus, perpetuo deinceps eſſem cum ipſis angelis collocuturus. Eos enim dicebant theologos illuminatos, è mediis cogitationibus in extaſin extractos, in cœlum inferre ad communicandum de rebus divinis.* Ge. *Vt ſolent & molas frumentarias, & elephantos Indicos.* Pe. *Veniſti nunc tandem ad eum locum, ut dicas, quid tum confirmatus eruditione, ætate & magiſteriis, bonæ rei geſſeris?* Ru. *Geſſerim? quid aliud, quam quod prius dixi: omne ingenium, vires, valetudinem, conſilia & ſtudia contuli ad expugnandam hæreſim Lutheranam. Ea (nobis præ occupationibus noſtris & diſputationibus, quibus inveſtigamus, quot pennæ*

ſint in alis Angelorum: & quia alas An
geli, hoc eſt, plumas habēt, an Deus pri
fecerit ovum unde excluſi ſint, ſicut ca
teræ aves, an vero per verbum Fiat, vo
luntarie creaverit, & non ordine natu
ræ: item, quot nodos ſive iuncturas ha
beant diaboli in cauda: & an Lucife
habeat pedes ſicut bufo, an ſicut gallu
gallinaceus. & talia multa: quorum tun
ſublimiter inveſtigandorum occupatio
nibus nobis diſtentis) late corripuerat or
bem, & præſertim Hollandicam gentem
nimis credulam, & paſſim ad haurien
da venena vagari ſolitam. Igitur adver
ſus hunc hoſtem, prima mihi expediti
fuit in Hagam Hollandiæ, quo tunc no
ſtro iuſſu adductus erat ex primis iſtorum
latronum anteſignanis Iohannes Vorde
nas, homo nomine omnium peſtilentiſſi
mus, quod auſus eſſet eſſe primus. Duce
noſtrarum copiarum erant, Nicolau
Coppinus, & Godſcalcus Roſemont: eg
legatus obibam divum iuſſa, ut aliquem
triumphum ageremus, donec hoſtilem
agrum depopularentur Nicolaus Egmun-
dus, imperator fortiſſimus, & Gerhardus
Vianæus, theologus quidem, ſed non ſatis

idoneus

idoneus ad hoc bellum, quippe paratus ad veniam dandam , aut mitius interpretanda , de quibus accuſabantur perduelliones. Pe. *Quid igitur tam imbellis miles vobis ad tam inviſum bellum contulit?* Ru. *Nobis certe parum , ſibi plurimũ, ſiquidem quos ita abſolvebat, clam ingenti pecunia emungebat. Quod cũ olfeciſſet M.N.Egmundanus, Lovanii interrogatus, an Chriſtiani eſſent in Hollandia omnes hæretici? plane, inquit. & M.N. de Viana habet adhuc vivos carbones in pera ſua.* Pe. *Talibus carbonibus ego nunquam ſanavi ægros. Sed dic quæ ad te pertinent , quid de eo hoſte ſtatueritis, (cum vincto enim , ut dicis, conſeruiſtis prælium) & quid erroris ille defenderit.* Ru. *Error, ſi ad hæc tempora comparetur, non erat maximus , poterat dimitti , ſed uxorẽ duxerat.* Pe. *Et ego. quid tum?* Ru. *Tu ante apoſtolatũ duxeras , & ipſa vocatio Chriſti pro irrevocabili diſpenſatione erat. præterea neſcio an Sacerdos fueris.* P. *Dii te perdãt, ſtolidiſſime gurges. expecto finẽ belli: non n. quærã, cur tot ſacerdotes iactent ſe ſucceſſores meos, ſi ipſe Sacerdos non fui.* Ru. *Communibus ſuf-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

fragiis in unum collatis, capitis damnavimus, & combuſſimus. Pe. *Sacerdotem?* Ru. *Degradatum, & flava morionum cuculla indutum.* Pe. *At ſtulti non peccant: innocentiæ is habitus eſt. Cur non militari potius habitu induiſtis?* Pe. *Peccarat ante hunc habitum, & venia proponebatur, ſi dixiſſet, eſſe concubinam ſuam, & lapſum humanum excuſaſſet, non Sacramentum Laicorum pro ſe interpretatus fuiſſet.* Pe. *Eſt igitur per vos tutius, eſſe ſcortatorem, quam maritum?* Ru. *Non eſt omnino tutum. nam & Officialis & Decanus pœnam infligunt.* Ge. *Marſupiis.* Ru. *Hoc tamen omnes ſentimus. & ego ſæpe in diſputationibus ſic Baccalaureorum pugnantes argumentationes definivi, tolerabilius eſſe in Eccleſia, ut unus ſacerdos ducentas haberet concubinas, quam unam uxorem.* Pe. *Qua hoc ratione?* Ru. *Quia enim mater Eccleſia nulli pœnitenti claudit gremium, & gaudent ob hoc angeli in cœlo. Iam qui concubinis utuntur, ſciunt ſe errare, nec defendunt delictum ſuum, & ſpes eſt veniæ: qui uxoribus, non agnoſcunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

erratum, ſed defendunt è ſcripturis, ut nullam ſpem dent reſipiſcentiæ. Præterea concubinarum conſuetudo reſcindi poteſt, uxorum non ita. Pe. *Quidni? Nam ſi ſacerdotem tædeat uxoris, procliue eſt hoc nomine ei recedere, quod inter perſonas non idoneas non potuit conſtare coniugium. Quid requiritis reſcindi, ubi nullum eſt vinculum? Pontifex irrita facit matrimonia, quæ in cognatione contracta ſunt: ut patuit exemplo, in illa Mechtilde, quæ ſedi Apoſtolicæ meum patrimonium dedit, non Conſtantinus? Cur ergo in iſtis tanti facitis vinculum? cum etiam ante dixeris, inter perſonam angelicam & ſcropham humanam, qualis comparitio eſt inter Sacerdotem & mulierem, nullam omnino eſſe proportionem. Quin illud abſurdum, quod, ut patrimonia nothis ſuis relinquat, nemo ſit ſacerdos qui non legitimationem emat, idque etiam viva matre. Qua obſecro fronte legitimantur nothi, quamdiu mater manet meretrix? an hic nihil illa valent, quæ in ſcholis dicunt vos tradere, de relationibus? Quid, ſi non hoc eſt de tribulis colligere ficus, & è pumice*

oleum emungere? Ru. *Nemo unquan*
noſtrum iſta tam profunde cogitavit, ne
ego providi tantum in te eſſe argutiæ. S
quidquã admittitur erroris, ſaltem bon
zelo iſta apud populum dicuntur aſſeve
rantius, ad deterrendos imbecilles puella
rum animos. Pe. *O deterritores! ſic piſce*
deterrentur hamo: interim boni vir
malo zelo pereunt. Ru. *Dicis iſta tuto in-*
ter cancellos tuos: ſi apud nos effutiſſes
non tantum valeret tota inferior Germa-
nia ad te excuſandum, quantum nunc
illi te tuentur. Pe. *At illi cancelli ad*
huc tibi non patent. Vos vero, ut ex te
audio, fortiter exuſſiſtis hominem. Ru
Exuſſimus, contempto etiam magiſtratu
totius provinciæ, quem à iudicio excluſi-
mus. Pe. *Quid illi boni viri ad hæc?* Ru.
Miſerti ſunt, ſicut & univerſus populus
uſque in hodiernum diem: & ſubveniſ-
ſent haud dubie legibus, niſi Carolus Imp.
edicto exarmaſſet leges, & advocatorum
operam hæreticis ademiſſet: quo uno muro
hactenus nos tutatus eſt. Quanquam
nunc demum metuo, ne poſteris meis hoc
gaudium non ſit diuturnum. Vidi, vi-
di enim (proh dolor) iam dudum, nos o-

dioſos

dioſos fieri illis, qui ſponte negotium noſtrum promovebant: avertunt aures, nectunt moras, proferunt excuſationes, dant contradictionibus locum: quod non ſolebat fieri: poſtremo (quod peſſimum eſt) ipſi magiſtratus etiam conſpectis noſtris diplomatibus fiunt ſuperbiores, ne obtemperent. Moriuntur illi veteres ſigniferi; ſurrogantur qui è longinquo reverſi, nullum non venenum, tametſi diſſimulent, hauſerunt ex hæreticorum fontibus. Nam tametſi ſe manifeſte profiteri non audent, formas tamen noſtras in dicendo iure repudiant. ad leges ſcriptas omnia examinant, concitant adverſus nos ordines & ſtatus regionum: vocant nos indoctos, qui nec principis edictum, nec noſtrum mandatum intelligamus. Vt ſemel dicam, omnes vel clanculum favent, vel ab effuſione ſanguinis abhorrent: ſic enim vocant hæreticorum meritiſſima ſupplicia. Quo in numero Antuerpienſes ante aliquot annos excuſſerunt examen ſanctiſſimum, excuſatione (ſi diis placet) addita, quod metuendum eſſet, ne abirent mercatorum menſæ, &

tam potentes ſocietates diſſiparentur, qui tamen pridem ſatis ſe mediocriter geſſerunt in puniendis, qui ad aliquot millia concurrerant ad conciones publicas, tanquam obtenta victoria triumphum cantaturi. Et eſt populus eiuſmodi, ut non tuto extremis tentetur: quo tamen ſi impuliſſet neceſſitas, ego ſuaſeram Philippo regi, ut urbi circumfuſæ exercitu, ne quis exitus pateret, vel ad effugium, vel ad deprecandam culpam, iniiceret ignem: ita futurum affirmans, ut hoc exemplo deterrerentur aliæ civitates, cum viſuræ eſſent, regem tam parvipendere etiam maximas reſpublicas. Vt ingenue dicam, adeo gliſcunt paſſim hæc dogmata, cum clam, tum palam, ut niſi poſt hæc bella, quibus nimis ſecure degunt hæreſes, pax fiat, putem, graviora diſcrimina imminere noſtris collegis. Sed eram (diis gratia) & aliud quiddam, in quo colophon eſt totius expectationis noſtræ. Pe. *Quid id eſt?* Ru. *Dicerem, ſi tacere poſſes.* Pe. *Dixeris, non Petro, ſed petræ.* Ru. *Expectamus, ut reges initis matrimoniis & coniunctis viribus, invadant hæreticos, & Philippus ſuperet etiam triumphos patris.*

patris. Ge. *Iſthuc dii avertant. Sed huc itur, ut tandem fœdus illud ſortiatur effectum ſuum, inventum Neapoli in Cardinalitiæ concubinæ ſcriniis, de triumviratu Franciſci Galliarum regis, Solymanni Turcarum Imp., & Clementis Sept., qui ut tertiam partem in orbis diviſione conſequeretur, promittebat, ſe etiam Chriſtianam religionem abiuraturum. Hoc eſt illud fœdus, quod cum ſolus non ignoraret Q. Carolus Cæſar, tamen pro ſua innata lenitate Princeps ſtudioſiſſimus pacis, nec inimicis exprobrare ſuſtinuit, nec orbi publicare: multo minus ſe ulciſci, etiam cum poſſet, contentus Deo permittere vindictam: ut ille ſemper propulit, non intulit bella. Cuius filio vos tam atrocem fabam in caput non cudetis, ut ipſe egreſſus Gallo aperiat fines ſuos, chariſſimum patruum prodat Turcis. Sunt qui olfaciant quid Gallus coquat: nec ſinent optimum Principem pertrahi ad inſidias.* Ru. *Omitte iſtum, Petre: non ſunt nunc tempora, ut permittendum ſit regibus eo proficere, ut ita de ſucceſſoribus tuis ſentiant, atque olim de te. tunc Eccleſiam militare oportebat:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

bat: nunc triumphare. Hæc fata ſunt, hic ordo, iſta rerum periodus. Te excruciaverint: impune adverſus nos iraſci, periculo ſit ne regna amittant. vos oppreſſerint: dummodo in noſtram gratiam etiam Monarchias conſumant ad extremũ uſque hominem. Si nolint; Eccleſia habet opes quibus ad ſui defenſionem emercetur ſummos reges: habet fulmina, quibus inopinatos evertat, aut ſaltem inter ſe committit. Satius eſt univerſum mundũ perire, quam Pontificem Romanum ſemel capitis dolore teneri. Collidantur prophani Cyclopes, dum nos rideamus ocioſi. Sic tibi tuiſq; crevit illud talentũ, quod ſine auro & argento nobis reliquiſti. ſic conſtitutas res videres, ſi liberet deſcendere. Pe. *Deſcendat qui volet, tu non aſcendes.* Ge. *Id ego divinavi, priuſquam iret.* Pe. *Quid ego audio? conquievitne hoc uno cremato incendium?* Ru. *Næ tu hebes es; audin, quod ne nunc quidem adhuc extinctum ſit?* Pe. *Quid igitur poſtea?* Ru. *Idem quod antea: niſi fata obſtitiſſent, odioſiſſima res nos non fatigaſſet. Iaculatus erat tum ante quinque annos Leo Pontifex anathema in Lutherum,*

eiuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

eiuſque imaginem Romæ combuſſerat: ille viciſſim in ſua Saxonica cathedra, Decreta exuſſerat, Dreckſeta appellans. Maximilianus Imp. Auguſtæ nihil prætermiſerat, quod ad conciliandam controverſiam attinebat: & ſucceſſiſſet, niſi & Lutherus haberi nominis ſui rationem voluiſſet, & Leo Pontifex non ſperaſſet tam late recens malum graſſaturum. Nec tamen deſpondebantur Romæ animi, quo minus retineret ſuam maieſtatem cathedra tua: & haud dubie Carolus pridianus Imperator, nihil motus quod Friderici Saxonis beneficio promotus erat ad Imperium, arma ſumpſiſſet, quum ecce ſubito paratiſſimum Monarcham occupant bellum Gallicum & Mediolanenſe. Ita tum, tam multis annis, quibus illa arma dimicarunt, nihil præclari geſtum eſt, ad annum uſque trigeſimũ tertium: niſi quod Bruxellæ duo Antuerpienſes monachi, cum, iactis novi domicilii fundamentis, peregrinam quoque hæreſim è ſuggeſtu fortiter deblateraſſent, publice ſint exuſti. Debebant hæc exempla terrere peſtilentiſſimum Litherũ, præſertim cum iſti Auguſtinenſes eſſent,

ſent, eundem quem ille ordinem profeſſi. Verum adeo nullum ab eo editum trepidationis ſignum eſt, ut ſceleratus carnifex ſceleratis nebulonibus etiam funebrem cantilenam tanquam martyribus occinerit. Protruſi tunc ſunt ad palinodiam Cornelius Grapheus, poſt non ita noxius: & Nicolaus Buſcoducenſis, qui tantum abfuit ut noſtræ lenitati retulerit gratias, ut poſtea in Daniam profectus, ibi in hæreſin pellexerit qui paulo ante Henricum Zutphanienſem temere illuc delatum publice primum lapidaverant, deinde exuſſerant: adeo ſtultum eſt, hæreticis etiam meliora pollicentibus habere fidem. Tum primum hæreticorum criſtæ creverunt. Indigebat milite nullo non loco Imperator, in Belgio, ad Pyrenæum, Neapoli, in Inſubria. illi obſervata occaſione poſtulabant comitia: inventa mora, expoſita querela: nemo ad æquum adduci potuit, qui non iniquum obtinuiſſet. Infandū, regina, iubes renovare dolorem. Ge. *Cum Paulo Tertio ſibi ſermonem eſſe putat.* Pe. *Perge.* Ge. *Romanas ut opes & delectabile regnum Germani eruerint.* Ru. *Quis talia fando*

do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

do temperet à lachrymis ? In abſentia Imperatoris, Ferdinandus, ſi quid vellet obtinere adverſus Turcam, nihil non cogebatur polliceri, iurare, ſignare, donec invictis propemodum factis Proteſtantium fœderibus (ſic enim tum ſe magnifice & proterve appellabant) iam formidabiles eſſent, & pace inter utrumque monarcham conſtituta, illa perpetuo deteſtanda Comitia Auguſtana apertam & confidentem hæreticorum confeſſionem Cæſari offerrent. In idem præcipitium, & pluſquam anguſti temporis articulum incidit illa Viennenſis obſidio, longeque omnium terribiliſſima in Auſtriam expeditio. Quid tum facerent noſtra cauſa Principes, qui foris ſitientiſſimum Chriſtiani ſanguinis latronem expectabant, domi quo fœdera ſpectarent ignorabant ? Ferdinando copiis & opibus Germanorũ opus erat, ut non minus adverſus Zepuſienſem comitẽ, quam Turcã, regnum Hungariæ aſſereret. Quid difficile fuit, quo minus quidvis ſibi promitti vellẽt, qui omnia paſſim faciebant promiſcua, hac fiducia, quod ab ſe nihil non pendere confiderent ? Quid de ruſti-

corum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

corum conſpiratione dicam? quæ etſi pri
mum in Germaniis orta, non niſi ipſam
patriam petere videretur: tamen, niſ
quos tunc oderamus, ii ea arma com
peſcuiſſent, actũ de Gallia etiam & Itali
fuiſſet. Hoc tum cardine pendebat maie-
ſtas Eccleſiæ: & metus erat, ne cum hu
factionibus Germanorum Principum au-
toritas coniuncta, iterum aliquam bar-
bariem ultra Rhenum & Alpes effun-
deret: ut olim Attila, Totila, Theodoricu
Bernenſis, & alii complures: quorum no-
mina etſi tenerem, abhorrerem tamen ab
enumeratione. Tantis igitur occaſionibu
Hæretici uſi, Cæſari diſtento & nuſquam
non obſtupefacto porrigebant ſupplices li-
bellos, edebant (ut dixi) confeſſionem, pro-
vocabant ad Concilium, petebant de ſuo
inſtituto cognoſci. Quid multis? eo pro-
fecerunt, ut & fœderata haberẽt omnia,
& arma etiam cogitarent, ſi quis vel-
let durius. Nec erant tamen laturi im-
pune, quum ecce iterum cum Gallo bellũ:
quem ut Imperator proſcribendum cura-
ret, viresque in eum totius Imperii con-
citaret, quid promiſerit, non auſim dice-
re. Certe illi poſtea nihil nõ deblaterarũt,
tanquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

tanquam non fuiſſet ipſis ſervata fides. Ventum tandem eſt ad colloquium Ratiſtiſbonenſe, ut res permitteretur collocutoribus & arbitris. Et hic parum aberat quin periiſſemus, adeo ſtolide & imperite noſtrarum partium collocutores paſſi ſunt ſe ab illis circumveniri. Sed hoc malo nos, licet haud ſatis honeſte, extricarunt Cardinalis Cõtarenus, & Ioannes Eccius. Tũ vero Cæſar, ut vidit ſe omnia fruſtra agere, cogitabat quidẽ vires ſuas experiri: ſed qua fronte id faceret, non videbat. Nam ſi per fidem toties datam (quanquã hæreticis non eſt ſervanda fides) & Gallicum hoſtem licuiſſet, ab initio maluiſſemus Cæſarẽ armis decernere, & inter media tela volitare, quam nos inter argumenta. quibus ſemper coacti ſumus cedere: adeo, ut quoties cum opificibus & nautis fuit congrediendũ, ſemper obmutuerimus. Interim ipſi nullum non movebant lapidem, ut Cæſari cauſam ſuam probarent, ut ſaltem liceret tuto nobiſcum agere ſcripturis. quod nuſquam non clamabant, & quidẽ cum multorum gentiũ applauſu. Impulimus tamen Apoſtolica tandẽ autoritate, excuſantem, reluctantem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

tem, prætexentem quidvis, ut conſcrip
clam milite caneretur Claſſicum. N
illi ſegnes ad arma provolabant: fuiſſe
que ipſo belli initio de nobis conclama
tum, niſi Deus imperatorem in medi
hoſtibus, peculiari plane miraculo, pr
pemodum inermem ſervaſſet. Quid mu
tis? multorum ante animi labaſcebant
alii clam favebant adverſariis, alii e
iam in medio noſtri profitebantur hoſt
lia: quum ecce vere angelus Dei pro nob
pugnans, paucis menſibus confecto bell
civitatibus deditis, agris vaſtatis, utro
que hoſtium duce capto, acclamare n
bis dedit omnibus præclariſſimum illu
Iulii epinicium: Veni vidi vici. Clama
verant illi, huiuſque Concilia, pugna
rant ſcripturis, invocarant primitivam
Eccleſiam, perturbaverant pene ad In
dos uſque mentes hominum: quis tun
de noſtra cauſa dubitaſſet? Pe. *Cur in*
gemiſcis? Ru. *Non ingemiſcerem? Plo*
rabunt, qui me ſequentur, in perpetuum
Cum recordor, quot precibus & ſacrifi
ciis ſolenniter peractis, quanto precio
quot conſiliis, & nocturnis pervigilii
hoc bellum nobis conſtiterit: à quot Pon

tifici

tificibus, Cardinalibus, Epiſcopis & Monachis, quanto tempore agitatum: quod ſolus Paulus Tertius, pluſquam momentanea opportunitate obſervatum, impedientibus nunquam non aliis diſcordiarum tumultibus, tandem concitare potuit: quot angoribus nobis illa conſtiterit victoria, quot deſideriis exoptata, quot gaudiis, plauſibus, oſculis excepta, quam imprudenter à Carolo Cæſare è manibus amiſſa ſit, quam periculoſis mutationibus neglecta. heu quæ ſufficiant lachrymæ? non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum. Pro ſupplicio, quod ſumi oportebat de hoſtium ducibus: pro reſtitutione avitæ religionis, pro qua depugnatum erat: pro tot præclaris exemplis, quæ in hæreticos erant edenda, prodiit unicus ridiculus libellus Interim. quem tametſi adhuc ægre reciperent victi, nos vero ut hæreticum plane damnaremus: tamen hoc modo compoſita pax eſt. Pe. *Iſti homini, ut video, nihil diſplicuit quam lenitas tanti Principis. At hæc eſt illa virtus, quæ etiam leones in ſubiectos commendat: nedum reges, quibus ſufficere ſolet viciſſe, ac non etiam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

perdere. Ge. *Rem acu tetigiſti: atque h*
ſunt unica iſtorum hominum vota, ut c
ipſi nullum in ſe magiſtratum agnoſcan
tamen ſummis orbis monarchis abuti c
piant pro carnificibus ſuis. Pe. *Perg*
mus audire. non enim finem faciet, d
nec ſtomachum ſuum evacuaverit. G
Ita fiat. Ru. *Iam, tanquam re bene g*
ſta, quieſcebat bonus vir: niſi quod, u
quoquomodo placaret animos procer
Eccleſiæ, Concilium Tridentinum inſta
rabat, promittens, ſe, ſi negligentia v
ctoriæ minus placuiſſet, gladio execut
rum quod ibi eſſet decretum. Hæc erat
tũ illa ſuavis illecebra, qua paſcebamu
Duraverat hoc Concilium toto belli tem
pore, indictum & cœptum ante bellum
Exierãt iam multa ſanctiſſima decreta
ſalutares conſtitutiones: ad quas ſuſpe
ciendas, cum oportuiſſet potentiſſimu
belli ducem, & feliciſſimum victorem
cui nos ex præruptiſſimis alpibus non ali
ter quam è mundi arce & ſpecula claſſic
cecineramus, qui & noſtris facultatibu
auſpicatuque vicerat, captos belli duce
ac deditos paſſim Principes, quos muni
tionibus ſuis ſpoliaverat, cogere: ipſe tam

rever

reverſus (ſi diis placet) ad lenitatis & clementiæ ſuæ ignaviam, maluit non modo integris eſſe facilis, verũ etiam ipſis captivis: quos nunquam potuit adducere ut peſtilens Interim reciperent, cum licuiſſet iure belli vel in piſtrinum detrudere. Pe. Cur non eundem modum Philippum regem extimulaſtis, ut victoriis multo honeſtioribus inſiſteret adverſus Galliæ regem, quem bis in acie victum, ad ſummam deſperationem adegerat? & Paulũ quartũ, quem excidium eius machinantem, non ſolum Oſtia & aliis munitiſſimis locis minuerat, verum etiam in ipſa urbe clauſerat arctiſſima obſidione? Quo modo ſi fortunatiſſimus Princeps de utroque hoſte ſtatuiſſet, pacem haberet: quam maiores ipſius ſemper pepigerunt, nunquã ſunt conſecuti diuturnam. Ru. Quid tu hominis es, qui Pontificem Romanum exuis patrimonio Petri? præſtaret Philippum regem amiſſis omnibus regnis & opibus, ad baculum, aut ad manticam redigi, quam Eccleſiæ Romanæ unam harã adimi. Quod ad Galliæ regem attinet, expediret quidem, in noſtra eum eſſe poteſtate: ſed his hæreſibus graſſantibus

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

non eſt utile. Noceat quidem ſubin
noſtris finibus, dum religione conſentia
Quid ſi Philippus, hoſtium ditionibus p
titus, & perpetuam pro ſuo arbitratu pa
cem nactus, quiete abutatur: levique
impulſus momento mitigari ſe ſinat erg
hæreticos? nonne ſpecioſum erit, unu
poſſe omnia? nec ſupereſſe quenquam qu
metuat? ut officium ſuum faciat? P
Intelligo. ut veſtris palatis mactet al
quid quod bene ſapiat. Ad hoc igitur in
citamentum præſtandum, ſunt vobis Pa
pa & Gallus. Perge quod cœperas abſo
vere. Ru. Igitur ille concilium liberu
& œcumenicum celebrabat, in quo, ſin
periculo, omnes dicerent ſuam ſenten
tiam, ipſe cautione facta omnes ab iniu
ria defenderet. Mirabamur quonam i
ſta ſuperſtitioſa Principis æquitas eva
deret: nec obſcura erant ex omnibus iſti
promiſſis, cautionibus, convocandi di
cendarumque ſententiarum formulis ſi
gna, quibus olfaceremus, pluſculum tri
bui hæreticis, & lædi maieſtatem eccle
ſiaſticam à laico. Nec tamen ille deſti
tit ſuo propoſito inſiſtere: eoque pertina
cia inferbuerat, ut cum beatiſſimus Pa

te

*r Bononiam evocaret patres Tridenti-
os, & Galliæ Rex detrectaret concilium,
iſſis proteſtationibus, revocationibus,
rceptionibus, nulloque iniuriæ modo in
nctiſſimā ſedem prætermiſſo, declararet,
non ſatis omnia pro noſtro deſiderio fa-
urum. Imo Hiſpanici Theologi ad eam
ſaniam devenerant, ut & ipſi demen-
ti, exemplo Regis ſui, quem nimis per-
naciter amant decerni, voluerint, ut
ſum caput Eccleſiæ ſummique Dei vi-
rius coactus in ordinem, ſubiicere-
r Concilio. quibus & noſtri quidam
dinis clam ſubſcripſerant. Quem cum
eus manifeſta vindicta ſubito uno bi-
uo extinxiſſet, adiecto etiam famulo
ſius, in nos calumnia ſparſa eſt, quaſi
um veneno ſuſtuliſſemus, ne tantum
agitium in academiam Lovanienſem
dundaret, quod parum magnifice ſen-
ſemus de Pontifice Romano.* Pe. *Novi
ominem, & hac iter fecit cum famu-
, familiariter mecum locutus quæ tum
rebantur.* Ru. *Tranſiſſe dicis, ac non
rius igne purgatorio ſaltem expiaſſe,
uod tum impie ſenſiſſet de capite Eccle-
æ?* Pe. *Quid illi in itinere acciderit,*

profecto neſcio: cum ego vidiſſem, agn-
vi characterem: nec moram interpoſu-
niſi quæ colloquio, eique valde compe-
dioſo, utcunque ſufficiebat. Sed qu-
vos reliqui Lovanienſes poſtea? Ru. *Qu-*
faceremus? muſſitabamus iniuriam, u-
qui ſoli eſſemus, nec rationem circum-
ſpiceremus, qua tuto progrederem-
vel in Italiam, vel per Alpes reverter-
mur in patriam, vel cum Hiſpanis p-
Pyrenæum deflecteremus. Ab omnibus-
rat periculum. Quod ad reditum attin-
bat, proteſtationes Imperatoris, quib-
honorificam hæreticorum mentionem f-
ciebat, ſatis indicabant, eam gentem n-
mis indulgenter ab ipſo haberi. in q-
iam multi eo audaciæ evaſerant, ut, qu-
pavit conſpiratio, manifeſte repudi-
rent concilium, cuius etiam nobis ſatis i-
iquæ (ut dixi) leges fiebant. Ea res no-
metum augebat, ne interciperemur -
itinere. Bononiæ nos deterrebat ma-
datum Imperatoris, qui revocabat, etia-
renitente Pontifice, patres Tridentu-
qui & nos iamdudum ſuſpectos hab-
bant, ut qui cum Hiſpanis conſpiraſſem-
Gc. *Nec meminerant illius præclari fa-*

no-

noris in collegam veſtrum? Pe. Dicat. Ru. Hiſpani adeo ſocios itineris ſui nos non recipiebant, ut palam ruditatis & imperitiæ accuſarent. Cuius rei præcipuũ ediderant ſpecimen in oratiuncula quadam mea, quam ego (ut eram ætate maximus, & dignitate primus) de noſtro inſtituto cum utcunque meo more proſequerer, ipſi qui calcar addere & ſuccinere debebant, crebris geſticulatiunculis (ut facile ſe Aphricos ſemiſatyros præſtant) me interpellaverant, modo ronchos neſcio quos meos irridentes, modo exſcreationes imitantes, ſubinde ſublato altero clune neſcio quid mihi exprobrantes: quod tamen ego nunquam niſi per imprudentiam commiſeram. Ge. Scimus; olfecit imprudentiam tuam Epiſcopus Leodienſis. Ru. Ita inter Syrtim & Charybdim auribus lupum tenebamus: donec tandem ipſe Imperator experiretur, quid ſua illa nocentiſſima clementia profeciſſet. Hunc enim Mauritius dux, bello Parmenſi iterum involutum, ita præter expectationem invadebat, ut relictis etiam ſarcinis coactus ſit ſuæ incolumitati conſulere. Tunc verſa fortuna eſt, &

repenſa gratia pro tot clementiæ exe-
plis, tot ſpretis conſiliis noſtris, tot da
reconciliato hoſti reſpirandi ſpaci.
Quid tum faceremus? capiendum con-
lium erat in re deſperata, non quale v-
lebamus, ſed poteramus: pedibus tim
addit alas: adventabat Mauritius, v
detergendis ab offa dentibus dans ſp-
cium: nec diu deliberatum eſt quo eſſ,
ſed unde fugiendum. Itaque delati
Venetorum ditionem, utroſque, & I-
nonienſes patres, & Saxonicos graſſa-
res, utcunque latuimus: donec libera
utroque duce captivo (quod ille perfi
nebulo ab Imperatore conſternato fac
extorquebat) cum exercitu, qui iam p
Argentinenſium fines ducebatur ad
ſidendam Metim, deſcenderemus ad n
ſtros. Periit in ea fuga mihi tantum
brorum, quantum duobus plauſtris v
ſecunda Rheni ripa ex inferiori Germ
nia ſubvexeram: ridentibus & ſubſa-
nantibus me etiam in itinere puer
quorum una vox erat, fruſtra vehi
bros, ſi non haberem ſalem in pector
Idem faciebant & proteſtantium Th
logi. Vt omittam, quoties me, ubi adv-
niſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

niſſem, vexarint Itali & Hiſpani. quos ob id impios Marranos & impuros Sodomitas dicerem, niſi nobiſcum defenderent Primatum Pontificis. Illi vero non intelligebant, me hoc arte feciſſe primum, ut executerem locos allegatos ab hæreticis, qui ſunt valde ingenioſi & mendaces, & ſuccurrerem meæ memoriæ, quam ſemper habui valde labilem. (Ge. *Dic quod verum eſt.*) Ru. *Deinde, ut ſi quid ab Italis diceretur obſcure & abſtruſe, (ut ſunt illi nonunquam contra noſtram religionem Ciceroniani) id quærerem in Gemma gemmarum, & Calepino, quem vetuſtiſſimæ plane editionis ad id comparaveram. Hæc mala ego in ſomnis diu ante prævideram eventura, monebamque ut accelerarent negotium religionis, nam impendere magnam perturbationem.* Ge. *Sunt enim nautæ præſagi tempeſtatum.* Ru. *Verum illi ſuo more ſemper irridebant. Acciderat & aliud quiddam longe infelicioris ominis: nec id, quanquam graviter terrebat, diutius ad ſapiendum profuit, quam diſparuiſſet. Diſputabant in conſeſſu ſolenni Patres de ineffabili virtute aquæ*

 luſtra-

luſtralis ; quod non modo aboleret om
peccata venialia toties quoties ; ver
etiam dæmones fugaret , fulminib-
que , tonitribus , & qualibuſcunq
tempeſtatibus ſuccurreret : intentu
rem ut par erat, ecce per feneſtram vi-
am, qua effracto rhombo patebat modũ
foramen , portentum quoddam inſtar-
tri ſerpentis extenuato lubrico corpo
prorepebat : quod ingreſſum , ibi ex-
cuiſſet ſe in magnitudinem pene def-
mis draconis: (Pe. *Vidiſti draconem?* R.
Vidi pictum:) in media aula velut
pendens , multo tenuiore quam vide-
tur par eſſe tanto ponderi , ad nos co-
verſum : Ne, *inquit, turbemini,* Pat
conſcripti , hoc adunco naſo meo, & u-
guibus inſtar harpyiæ recurvis : (tal-
nim erat:) ſed æquis animis atq; auri
benevole auſcultate, qua in rem comm-
nem dicam. Legatione fungens ad hu
ſplendidiſſimum conſeſſum, veni nom
Luciferi, parentis omnium noſtrum be-
gniſſimi, & Regis munificentiſſimi; ut v-
bis, viris ampliſſimis , totius inferni c-
tus, peculiariterq; omnium ordinum q
hoc regnum tenebrarum ornant ac co-
decoran

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

decorant, nomine, gratias agerem, quod, ut ſemper, ita nunc etiam, omnem operam, ſtudium, laborem atque conſilium comparetis, quo hoc regnum ampliſſimum non modo conſervetis incolume, verumetiam gloria ac amplitudine augeatis. Præſertim vero hoc curetis, ne poſthac ullum ab Lutheranis, qui id hactenus hoſtiliter adorti ſunt, detrimentum capiat. Etſi vero non ignorabat potentiſſimus Princeps, vos etiam ſine ſe ſatis generoſos impetus à natura eſſe conſecutos: nec tam curæ habituros quanti ſua intereſſet, quam quanti etiam veſtra: ne quod tamen in hiſce laboribus, quos ſupra omnes vires eſſe humanas cenſuit, oborietur tædiũ: ecce ſpiritũ vobis confortationis mittit. Nec plura addens, ſubito ſubducta in altum cauda, & à poſtico, quod deterrimum habebat, ipſoq; Tartaro tenebroſius, aperto horrendo hiatu, eiuſmodi exhalavit ſuffitum, ut nos vix in tempore occluſis naribus, obſtructiſque omnibus meatibus, ne intraret corruptiſſimus aer, vitam ipſam retinuerimus. Aſperſi deinde aceto (nam famuli, audito, nos intus periclitari, irruperant)

 refocil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

refocillatique utcunque, Sanctæ Gen-
veſæ, quam in deſperatione implora-
ramus, ſolenne votum fecimus: precar-
que D. Chriſtophorum, ut, quo eſſet r-
bore præditus, dignaretur his malis E-
cleſiam catholicam eripere, ne inſidioſ-
ſimus hoſtis tam pios conatus everteret
nihilo minus cogitavimus de cauſa pe
ſequenda. Pe. *Ego coniicio, aliquem e*
Lutheranorum ſigniferis, vos hoc mag
eo ſpectaculo terrere voluiſſe, ut qu
habebatis in manibus præclariſſimu
inſtitutum vobis excuteret. Ge. *Hari*
lare potius, Paulum Tertium familia
ſibi arte locum infeſtaſſe, ut tanto pr
babilius formidabilem ſibi conſeſſum di-
ſiparet Bononiam. Ru. *Quidquid fueri*
non aſſequor. Præſagii ipſius vim un
cum cæteris, qui ſemper meas prædictio-
nes irriſerant, expertus ſum. Statim e-
nim Mauritius hoſtilia inferens, deplo-
randi ſchiſmatis autor fuit. Et cum
Cæſar in Gallos indigeret milite, Fer-
dinandum Turca premeret, quem ſtre-
nue iuvando nebulo ille haud parvam
iniit gratiam, promiſſum eſt nationale
Concilium, aut Colloquium potius.
quoa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

quod poſtea Vormaciæ celebratum, cum me palam ſcriptis declarante non eſſe eundum, Philippus tamen nos eo coegiſſet, utcunque diſturbavimus, quibuſdam clam coniuratis eorum precio redactis in noſtram poteſtatem. Quod cum olfeciſſent adverſarii, decreverunt, inpoſterum nobiſcum non eſſe agendum. Quo etiam nobis nihil eſſet optatius, ſi Philippo regi poſſemus perſuadere, ut ſequeretur exemplum patris. Ge. Sapiet, ſpero, ne, quemadmodum pater extremam vitæ gloriam veſtris ſordibus maculavit, ita & ipſe regna, regiaſque opes perditum eat. Pe. Paulo ante dicebas, de conſtitutionibus & decretis ante fugam veſtram in Concilio Tridentino factis: ad quem uſum ea poſtea accommodaſtis? Ru. Reverſi in Belgium, multo acerbiora offendimus. Angliæ regnum, quod nuper obtigerat (ut inquit ſcriptura) regi puero, nobis abſentibus ſe dederat hæreſi: facileque fuit Lutheranorum choragis, partim pulſis, partim ſponte ad tanti regni cadaver accurrentibus, rerum imperitum regem dulcibus malis & novandi ſtudio inficere. Hauriebat contagio-

nem vicina Flandria, nec erant imm⸗ nes etiam aliæ maritimæ regiones: in⸗ ciebantur Antuerpienſes, commerciis f⸗ miliariſſimi populi. omninoque in pron⸗ ptu erat dicere: Fuimus Troes, fui⸗ Ilium, & ingens gloria Romulidum. n⸗ Deus, priuſquam radices agerent no⸗ dogmata, è medio ſuſtuliſſet delirum pu⸗ rum, quem nimis iniquo fato ad excipien⸗ dos peſtilẽtiſſimos exules inſtigarant con⸗ ſultores minime boni: ut poſtea declara⸗ vit divina vindicta eos inſecuta. Succ⸗ debat tunc fauſtiſſimis noſtris congratu⸗ lationibus Maria regina, invictiſſim⸗ propugnatrix veteris Eccleſiæ: quam fœ⸗ licitatẽ augebant etiam nuptiæ cum reg⸗ Philippo, ut iam ad beatitudinem noſtr⸗ nihil deeſſe videretur. Pe. *Audiam re⸗ liqua.* Ru. *Quid audias? Neſcia men⸗ hominum fati, ſortiſque futuræ, Et ſe⸗ vare modum rebus ſublata ſecundis. I⸗ terum de ſpe deiecti ſumus, heu: pro pii⸗ ſima & prudentiſſima Heroina regna⸗ inepta puella, ab ineunte ætate mer⸗ hæreſi fermentata. quæ ſi.* Pe. *Qui⸗ volebas dicere?* Ru. *Dicam fortaſſe poſtea, non poſſum nunc præ ſtupore* Pe

D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

De actis conſilii quæſiveram: cur nihil ad rem reſpondes? Ru. *Recte. Multa erant, & ſalutaria: præcipue, ut monaſticæ perſonæ ſatisfacerent ſuæ regulæ, ut templorum æditimi pavimenta recte verrerent, imagines detergerent, ne pulverulentus horror ſimplices homines à pio cultu deterreret: lampades repurgarent, ne nocte deficeret perennis ignis: araneos eiicerent, & muribus aditum præcluderent, ne qua fieret prophanatio.* Pe. *Quid mures in templis?* Ge. *Sapiunt plus quam homines. Pulchre hæc omnia: nihil ne amplius?* Ru. *Ex multis præclariſſima duo ſunt.* Pe. *Dic.* Ru. *Vnum, quod omnes ſacrarum ſcripturarum tranſlationes, & præſertim novi Teſtamenti, condemnavimus, excepta illa vetuſtiſſima Hieronymiana. Idem præceptum ludimagiſtris.* Pe. *Intelligo: ſapiebant temere ex Eraſmo. dic alterum.* Ru. *Decretum fecimus, ut abbates, & monaſteriorum patres, alere cogerentur Theologos, Licentiatos, qui in monaſteriis ſanam doctrinam conſervarent: ſtipendii loco haberent beneficia, ut parceretur pecuniis.* Ge. *Vt etiam hoc acce-*

deret regno Theologico. Pe. Scio, adhu
multo præclariora fuiſſe conſtituta, ſ
tu meminiſſes. Ru. Iam recordor: ut
epiſcopi ſuo fungerentur munere in con-
cionando: quod ſi obſervatum fuiſſet,
nihil haberent Lutherani quod obiice-
rent. Ge. Sic enim oppreſſis nobilium
familiarum patrimoniis, ad vos de-
volverentur epiſcopatus, & abbatiæ, e
gregios ſane & facundos doctores. Quod
ſi effecerint poſteri tui, unum reſtat, ut
artem quoque inveniant, qua regum
filii, antequam avitam adeant regnandi
hæreditatem, fiant magiſtri artium &
doctores Theologiæ: aut ſi detrectent, nec
poſſint præſtare, tum populus fulminibus
Pontificiis & excommunicationibus
commotus ad ſeditionem, vos ad diade-
ma, ſolium & ſceptra ſubvectos, tan-
tum non odoret. Pe. Profecto veriſi-
mile eſt. Ge. Nec immerito. Sic enim
docuit Plato: oportere Philoſophari re-
ges, aut Philoſophos regnare. philoſophi
autem ſunt ſoli magiſtri artium, & do-
ctores illuminati: quia ſciunt ſecreta
naturæ, & diſputant de omni ſcibili for-
maliter, ſicut fecit Gorgias Leontinus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Tum & apud Iudæos imperarunt ſacerdotes. Romani regem ſacrificulum habuerunt. Ægyptii Mercurium appellarunt Triſmegiſtum, quod rex eſſet potentiſſimus, philoſophus ſapientiſſimus, & ſanctiſſimus ſacerdos. Ru. *Quid tu garris?* Ge. *Nihil, niſi quod mox ſis editurus ſpecimen tuæ parietalis facundiæ, apud eos qui te paulo patientius audient, quam Rex Maximilianus: ſed ita declamantem, ut Phalaris olim Perillum ſuum ex æneo tauro, ſuaviſſima plane modulatione.* Ru. *Maximilianum ingeminas, blaterator imprudentiſſime? qui non cogitans ſe Cæſaris eſſe generum, cuius filiam in Hiſpania piiſſime inſtitutam, obſervantiſſime ab eo haberi oportebat, contempto etiam patre, & conſiliariis regni, Viennæ univerſum ordinem Eccleſiaſticum coegit intereſſe concionibus duorum peſſimorum ſeductorum; quos nuper admodum in ſuggeſtum protruſit, ut eſſent buccinæ novorum in civitate undique hoſtibus cincta tumultum: quaſi non eſſet vicinus Turca. Sed dabit, ut ſperamus, pœnas: & valebunt aliquid preces, quos D. Caniſius mandavit*

vit ſuæ ſocietatis hominibus. Pe. *Fac finem de concilio Tridentino.* Ru. *Ergo & iſte faciat finem interpellandi me: qui niſi narrantem toties interturbaſſet, iamdudum & tu audiſſes omnia, & ego ut merui ingreſſus eſſem. Librorum etiam hæreticorum interdictionem meditabar, præcipue Eraſmi: ſed hoc conſilium nobis excuſſit ſuperveniens Mauritius. Quamobrem diſpalati in Brabantia, nunquam deſtitimus, ne in hodiernũ quidem diem. Et impetravimus utcunque multa: quanquam non per omnia ſatisfactum eſt noſtris votis, ut Eraſmus aboleretur; quod unicis votis exoptabamus. nihil profecimus tot cenſuris clam Regi exhibitis, eludentibus nos modo conſiliariis, modo interpellante Præſide Brabantiæ, modo frigidam ſuffundente Epiſcopo Atrebatenſi nimis Eraſmiano.* Pe. *Cur non tam manifeſtos tam neceſſariæ rei ſubverſores veſtra autoritate ulti eſtis?* Ru. *Non erat tutum. quid ſi hoc modo ater canis alienus totam nobis turbaſſet fabulam? Erant plura quæ dolebant oculis piorum hominum, ſed fruſtra. Ioannes Sleydanus hiſtoriam ſuam de*

ſtatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

*ſtatu religionis emiſerat in lucem : nun-
quam hamum ita deglutierunt ulli piſ-
ces, ut illud venenum omnes avide devo-
rabant. Vertebatur Germanice, Belgice,
Gallice, Italice, Anglice, Hiſpanice : &,
ut quidam narrarunt, Turcice. nec mi-
nus nocebat, quam omnes hæreticorum
libri, quos nunquam à mundo condito
Sol aſpexit. Inhiberemus? excuteremus
manibus legentium? quo id iure? quo præ-
textu? qua via? Ipſe Cæſar delectatus le-
ctione obſtupuerat ſecretiſſimarum (quas
videbat) rerum narratione : & com-
mendabat veritatem. Plus iam impen-
ſum erat excudendo diverſis verſionibus
operi, quam invenias in theſauris ditiſ-
ſimi cuiuſvis Electoris Imperii. Tunc de-
mum (ſi diis placet) Sleydani nomen ridi-
cule adiectum eſt Catalogo noſtro, cum
omnes (inquam) vi ungues ſuos tenerent,
aut potius ſatietate nauſearent. Ante
nihil impetrari potuit. Nominarem quē-
dam (niſi iſte aſtaret, fortaſſe elimina-
turus omnia) qui nihil non poteſt in au-
la: quem cum admonuiſſem plus millies,
ut in littorali Saxonia, adempta civita-
tibus licentia, arces curaret à rege poni,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ut expellerentur è Germania hæretico-rum defenſores, ut exureretur Sleyda-nus: nondum tempus eſſe reſpondit. Cum liber iam apud omnes applauſum eſſet conſecutus, graviter me obiurgavit, ut delirum & ſtupendum, qui non tempore admonuiſſem. Senſi me rideri: quid facerem? O exeat aula, qui volet eſſe pius! virtus & ſumma poteſtas non coeunt: Nulla fides regni ſociis, aulæque miniſtris. Ea res coegit nos ante ſeſquiannum decernere ſolennem legationem Romam, ut Pontifex Maximus, paſtor & caput univerſalis Eccleſiæ, autoritate quam in omnes reges tanquam feudatorios ſanctæ ſedis habet, Philippum cogeret noſtris petitionibus acquieſcere. Pe. *Perfeciſtis igitur?* Ru. *Perfecimus felicibus avibus: nihil omiſſum eſt. inter peſſimos primus eſt Eraſmus, ut Chriſtus inter duos latrones.* Pe. *Facete parent paſſim quæ vocatis ſecularia brachia.* Ru. *Sunt adhuc, qui non intelligant vim novi fulminis, inter quos (ut morituro narrabant Minoritæ) Veneti & Mediolanenſes dicuntur reſpondiſſe, ut quos vellet exuri libros, eorum*

precium

precium mitteret. Etiam Philippus difficilem ſe præbet, non intelligens, ſe anathemate teneri, ſi non obtemperet, ut reliqui omnes principes & magiſtratus. Sed alia eſt, eaque certiſſima, qua omnia hæreticorum evertantur munimenta, reperta machina. Damnavit pontificia maieſtas non modo ſectarum libros: verum etiam quidquid eſt in Germania, Helvetiis, Saxonia, partim etiam Venetiis, Lugduni, Pariſiis, officinarum, edicto ſuo clauſit: ut non ſit dubium, quin omnes hæ nationes propediem ſint ſupplices venturæ. Pe. *Vnde vobis à ſtudiis, precibus, miſſis, & prælectionibus tantum otii, ingenii, & memoriæ, ut potueritis iſta omnia annotare? Germanica, Hiſpanica, Gallica, Græca, Latina: quæ audio vix centum plauſtris vehi poſſe, etiamſi ſingulorum non niſi unum imponatur exemplar.* Pe. *Perlegere ais? nec vacavit, nec opus fuit: omnia congeſſit in bibliothecam ſuam Conradus Geſnerus. tranſcriptione ſaltem opus fuit. multa etiam examinanda dedimus licentiatis, baccalaureis, magiſtris artium, quos habemus paſſim multos, &*

valde

valde ingenioſos : multa Monachi , qu
abundant ocio , atro carbone notarunt.
Quanquam ne ſic quidem cavere potui
mus, quin typographi, homines verſutiſ
ſimi, impoſuerint nobis: mutatis autoru
nominibus, vel omiſſis, vel inverſis , v
etiam Græce redditis quæ erant Latina
& econtra: ut ſæpe coacti ſimus, quæ an
te approbaveramus , ea damnare poſt
vix auſi profiteri apud Regem noſtran
ſimplicitatem. Nam ex titulis libro
rum æſtimanda nobis omnia erant
cum non vacaret perlegere quæ intus e
rant: quorum quædam ita etiam erant
obſcura & ingenioſa, (qua fraude ſem
per hæretici abundarunt) ut quid ſcribe
retur, non aſſequeremur. Ad quem mo
dum turpiter nos decepit Philippi Melan
chthonis libellus de Theologia Chriſtiana
qui titulo Hippophili Melangæi, paſſin
Senatorum , Præſidum , & noſtrorun
etiam Baccalaureorum manibus tritu
eſt : donec amici , qui in Germani
adhuc ſynceri erant, admonuerunt , ut
habita Synodo conſuleremus lexica no
ſtra ; fore enim , ut idem eſſe Philippun
& Hippophilum deprehenderemus. No

e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ex nomine exiſtimantes alicuius docti & pii eſſe Itali, eo quod Vergilius ſcribat, in Italia Hippolytum habitaſſe, commendaveramus etiam legendum: donec conſtitit, amicos non temere admonuiſſe. Diſputatum enim graviſſime fuit in communi Synodo, utrum, quod Ariſtoteles dicit, nomina & verba transpoſita idem ſignificare, intelligendum eſſet etiam de ſyllabis inverſis. Et cum multis infinitis concluſionibus urgerent, diverſis vocibus diverſiſſimam ineſſe rationem, utcunque res conſiſteret: afferentes etiam exemplum, quo dicebant, ſe vidiſſe caput Pauli IV. opere plaſtico in poculis cerviſiariis affixum, triplici diademate, gemmis & lemniſcis venerandum: quod ſi invertiſſes, teterrimum dæmonem repræſentabat: tamen placuit tunc potius odio hæreſeos pie condemnare libellum, deterſo pudore quē prior approbatio nobis aſperſerat, quam ſimilitudine veritatis dare illi locum inter doctos & ſtudioſos. Alioqui cum quidam ſic argumentatus eſſet; Si caput ſanctiſſimi Papæ Domini noſtri (quod in ſua ſpecie repræſentat ſanctam Trinitatem)

tatem) inverſum fit diabolus: ergo Hi
pophilus facta inverſione, & ſic manent
non eſt idem quod Philippus. Hoc in
quam cum dixiſſet, non habebamus quo
reſponderemus. quanquam non erat Ma
giſter noſter, ut ingenue fatear: ſed qu
dam ex novellis Baccalaureis. Idem ac
cidit in Cælii Secundi de Providenti
libello, quidem non magno, ſed peſtilen
tiſſimo: quem ille nebulo tum primum
innoteſcens, Irenæum inſcripſerat. N
enim rati eſſe poeticum, aut gramat
cum figmentum, non ante olfaciebamu
fucum, quam omnia exemplaria eſſen
Lovanii diſtracta. Taceo de Hutten
Calvino, Vrbano Rhegio, & aliis (p
dolor) multis, quos nobis oſcitantibu
neſcio quibus titulis, ex metamorpho
opinor Ovidiana petitis, inſinuaverun
Et pudefecerunt quidem nos non rar
Cæterum nihilo ſegniores ob id facti ſu
mus, quo minus etiam Hebræorum
Chaldæorum, Iureconſultorum, medic
rum, mathematicorum libros noſtr
cenſuris ſubiiceremus: quorum omniu
iam diu nihil editum eſt, cui non hono
rificentiſſime noſtrum alicuius, ut Ari
ſtarch

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

tarchi & graviſſimi cenſoris, nomen ap-
oſitum ſit. Nec quiſquam eſt aut tam
nobilis, aut potens, aut doctus, qui hoc
udicium effugiat. Ipſe Rex, ſi libros
criberet, noſtræ limæ tanquam Lydio
apidi explorandos ſubiiceret: tutumque
ſſet, etiam Aiacem Auguſti, invito au-
ore, mactare ſpongia. Ge. Vt vides,
non dogmata diiudicarunt, ſed nomina
utorum oderunt. Pe. Imo video, parum
llos prohibendo profeciſſe. Ge. Pluri-
num; ut multi multos libros, iſtorum ca-
alogis notatos, ſollicite quærerent: quos
antea neſciebant mundo eſſe natos. Nam
Geſneri bibliotheca non omnibus erat in
manu: iſta vero de ſuggeſtis & tribu-
nali recitabantur. Ru. Ego etiam poſt
tot victorias, concilia, decreta, catalo-
gos, prohibitiones, vice epinicii, tres præ-
clariſſimos tomos mundo Chriſtiano de-
di: quibus tam manifeſte & publice
proſtravi omnium iſtorum latrociniorũ
reliquias, ut provocatis prolixiſſime,
præcipue quæ à Calvino & Philippo po-
nuntur, evidentiſſimis demonſtrationi-
bus, probaverim omnia eſſe falſiſſima.
Natum hoc mihi opus eſt totis quadra-
ginta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ginta annis; planeque (ut ſpero) reduc
omnia iſta ſchiſmata ad inconſutilem t
nicam Chriſti: ut olim patres Hebræ
rum conſumptis per deſerta non pau
cioribus annis pervenerunt in terra
promiſſionis. Ge. *Duos tantum tom*
oportuit ſcriptos: unum pro Caleph, a
terum pro Ioſua. Quam pulchre ve
profeciſti, ſtupidiſſime homo, ut qui ante
deterrebantur à lectione edictorum pœ
nis, nunc tuto legant omnia in tuis to
mis; factaque eorum, quæ ex illis pr
mittis, collatione cum tuis puditiſſim
refutationibus, tantum diſcant, quant
nunquam antea! forte enim qui Calvini
ca & Philippica legiſſent, putaſſent, etian
veſtris contradictionibus aliquid ineſſe
roboris: qui nunc in ipſa armorum colla
tione vident, utri deficiant. Hæc eſt pru
dentia veſtra, qua ipſi obeditis catalog
veſtris, & edictis Regis. At plus ſapuit
Paulus Quartus, qui præſentibus veſtr
legatis, non minus eorum qui mentionem
hæreticorum faciunt, libros coercuit, qu
ipſa dogmata: quo decreto etiam tua il
li abolentur, quæ ab omnibus Magiſtris
Licentiatis, & Baccalaureis, totis qua
dragint

raginta (ut fateris) annis in tuū nomen,
elut in publici alicuius lupanaris latri-
am, ſunt congeſta. O ſapientem & pro-
idum Theologum! Pe. Sed illud iam-
udum, dum audio omnia, venit in men-
m quærere: nunquamne metuiſtis, ne
arolus in Germania tot colloquiis, co-
itiis, ſupplicibus libellis, actionibus
confeſſionibus, mutaret ſententiam,
c dederet ſe adverſariis veſtris? Ru.
Ietuimus ſane, ſed valde ſecure: non i-
nari, quam fideliter nobis conſuluiſſet
Iad. Sextus Pontifex, qui illum iuvenē
ſtituerat, nec minus quam alteram
aturam indiderat. Præterea & ipſe
ontinebatur in officio ſuo quodam metu,
e expiriretur quid poſſemus in Italia,
Iiſpania, & inferiori Germania. Ac
rofecto niſi timuiſſemus, ut patientia læ-
a fieret furor, miſertique fuiſſemus, quod
niuriis Mauritianis, deinde bello Gal-
ico, extremum in ſenili, & noſtris præci-
ue curis confecto corpore, conſumpſiſſet
nimum: non tuliſſet impune illam in
ictoria Germanica lenitatem: cum non
modo nefarios hæreticos capite non plecte-
et, verum etiam in libertatem reſtitue-

ret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ret, haud ſecus ac ſi integris rebus fui
ſet tractatum de pace. Si enim nih
aliud fuiſſet vincere, quorſum op
erat armis? quæ nobis tot conſtituerun
impendiis & diſpendiis. Pe. *Quid ig*
tur factum voluiſſetis? Ru. *Fundit*
deletam Germaniam, principes eoru
non in compedibus & manicis ferrei
ſed rotis & crucibus eſcam corvorum
provinciarum dominos, urbium mag
ſtratus, & reliquum nobilitatis vulg
Lovanium adductos, ac nobis tradit
ad palinodiam: deinde, more maiorum
(Ge. *Intelligo; qui & ipſe Romæ ſu*
Nerone. Ru.) *Terram vaſtatam popu*
lationibus, & deſolatam direptionibu
vulpes, lupi, vultures, aut etiam cac
dæmones, hæreticis nihilo deteriores, ha
bitaſſent. Ex manubiis & ruinis ſtru
cta fuiſſent nova templa, bombardæ fuiſ
ſent in companas conflatæ, non in Hiſpa
nias avectæ, ſi modo fuerat aliquis locu
dandus reliquis quibuſdam nondum hæ
reſi infectis. Pe. *Erant tibi templa?* Ru
Erant, ſed prophanata à concionatori
bus Lutheranicis, & cantionibus Ger
manicis. Pe. *Hæc igitur quoniam fa*
ct.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ta non ſunt, reſtat ut quod neglectum
ſt aut male cecidit, ſarciatur, quod non
raſtitit Carolus, à Philippo impetretur.
Ru. Imo imperabitur; aut res noſtra non
onſiſtent. Pe. Bona verba, quæſo. Ru.
ico quod res eſt. Et editæ iamdudum
ius rei ſunt exempla in magni nominis
& nobilitatis viros, quos, pridem de pu-
lica & regia cautione ingreſſos Lo-
vanium, ut experirentur cauſam ſuam,
ihilo minus eramus in vincula ducturi,
iſi ſe ſubduxiſſent. Quid enim aliud,
iſi ut noſtro iure utamur, ſi pergant
os ludere qui à conſiliis ſunt, forte
& ipſi non ſatis ſynceri? Idem fecimus
Mariæ reginæ, quæ cum nobis invitis
oncionatorem aleret, duobus noſtri or-
inis tironibus coacta eſt cedere. Ad-
modum pridem duos excellentes eruditio-
ne & linguis viros, ſed in Sabaudia à
alvino corruptos, Bruxellæ exuſſimus,
eprecante ipſo Rege. quem ad commi-
erationem inſtigaverant peſtilentes qui-
am aulicæ nobilitatis Hiſpani, præter
oſtram expectationem in ea gente &
media aula corrupti. Taceo de incon-
ſulto & temerario quodam Franciſcano,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

quemadmodum nuper Lovanii ſibi pl
centem ſuavi dicacitate, uno verbo co
gimus omnia in medio templo retorque
per iugulum. Et quanquam homine
mitius tractari cuperet totus ordo mon
ſticus, nos tamen cenſoria virgula uſi ſ
mus adverſus eos, quos nec Pontifex n
Cæſar læſerunt hactenus impune. An n
iſta ſufficiunt, ut intelligant reges, nos
Pontifice, non ab ipſis habere poteſtaten
qua anathemate percutiamus omnes tu
Principes, tum Epiſcopos, qui contra n
vel mutiunt? Ge. *Sufficiunt: atqu*
utinam edita fuiſſent ante triginta ſ
annos, ut licuiſſet clementiſſimo mona
chæ veſtram olfacere ſuperbiam, pertin
ciam, ſtoliditatē, moroſitatem, inſcitian
& avaritiam: caviſſet ante conflatum
vobis bellū, quod re intellecta, poſt defo
matam populationibus Germaniam, po
contumelia & ludibrio affectos vetuſti
ſimi ſanguinis Heroas, poſt exhauſta æ
raria, proſtratas opes, tot fortia pector
vel morbis vel præliis abſumpta, quib
vel Aſia recuperari potuiſſet, poſt nob
liſſimam orbis partem, ultimam Imp
rii ſedem, dilaceratam, ſero & ſerio d
luit

nit, faſſus eſt, pœnituit, puduit, reddidit
ceptrum: nec voluit impedire, quo minus
eflorèſceret, quod pravis Theologorum
onſiliis & inquietis Monachorum furiis
mpulſus, luctu & reatu contriſtaverat.
'e. Quid nunc taces? ac non ad iſta
eſpondes? Ru. Nunquam ſatis intel-
exi quæ iſte mihi poſt tergum debla-
eravit: & ſum alioqui vix compos
nei; adeo dira ſubit cogitatio, & concu-
it membra horror. Pe. Etiam ante præ
upiditate (ſtupore volebam) obmutui-
i. Quid plumbi habes in pectore quod
on queas aſcendere? Ru. Non plum-
um pondero, bone Petre, ſed totius noſtri
egotii rationes: quas cum animo mecum
evolvo, multo infirmius pendere videor,
uam ſi tota terra penderet à filo aranei.
e. At paulo ante imperabas Philippo,
ıſultabas Franciſcanis, faciebas quod
actenus nemo ſomniavit Pontifex aut
'æſar: minimum erat quod trium-
hum canebas. Ru. Non memini, nec ſum
ompos mentis, adeo video in arctum co-
i Eccleſiaſticum ordinem fatali An-
liæ viciſſitudine. Nam hic ſubſtiteram,
rite recordor, cum alio deflecterem.

Pe. *Perinde eſt. Sed quid vobis cum A-
glia negotii? regno plane alieno, & qu
nec Reipub. nec Eccleſiæ caput agnoſc
præter eum qui imperat & potitur?* R
Vtinam non eſſet! vellem equidem. ſ
*nihil aliud eſſet Anglia quam Ocean
quo cingitur, liberaſſet nos iamdudu
magnâ ſollicitudine: nunc vix Vlyſ
excogitet, quid obortis tot difficultatib
in rem conſuli debeat. Paulo ante d
ciſſimus erat eius inſulæ in medio m
traiectus, nunc trabs eſt in oculis: qu
nec quo amittamus, nec quo retineam
modo, inveniri poteſt: negligere, ac
vellere à noſtris ditionibus, periculoſ
eſt: coniungere, multo periculoſius; qu
tamen ne fiat, non invenio, quæ dem
cauſa aut occaſio poſſit diſturbare.*
*pagete, Comitia Germanica, libelli, c
feſſiones, colloquia, diſputationes, quib
tum tentatus fuit Carolus: hic ille
bræ, hic caſſes, hic laquei, & clavi pl
quam trabales. regnum dotale, Fl
driæ commercia urgens; gentis utriuſq
vicinitas, cognata familiaritas, coal
amicitia, antiqua hoſpitalitas:* h
puella regiæ ſtirpis, forma divina, o-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

bus avitis fulta, certam legitimi hæredis ſpem promittens: hæc inquam oppugnant ſcio intima regis præcordia; quæ ſi obtinent, neque Hiſpanorum zelus, noſtræve ſingulares artes, labores, largitiones impediant, actum eſt de maieſtate Eccleſiaſtica. Equidem cœlebs fui, nec quiſquam me, qui novit, de coniugio accuſabit: tamen audivi quid poſſint illi quotidiani congreſſus. Nos vix toto anno libellum ſupplicem porrigemus ſurdo: illa, nulla non nocte hærebit lateri, amplexabitur, dabit oſcula; ad quidvis impetrandum philtro infecta, habitabit in auribus: nec placebit vox alia, niſi quæ proximo complexu, blanditiis, gemitu, ſuſpiriis, omnia tentavit: nos Lovanii contabeſcemus, rex in Anglia molliter in ſinu uxoris ſuæ fovebitur. Ge. *Quis tam pathetica oratione inſtruxit Chorœbum, aut potius Camelum?* Pe. *Pontificis fulmine opus erit; in cuius verba iamdudum ab eo regno denuo iuratum eſt, ut narrarunt quibus admodum nuper locutus ſum.* Ru. *Ne ride, quæſo: quaſi vero neſcias, illum denuo eſſe excluſiſſimum. In*

Philippum hoc aliquid eſſet, quod ad A
glos attinet: iamdudum hus fulminib
clunes opponunt, non omnino muto
Nam tametſi edictis reſciſſa nondũ ſun
quæ Maria reſtauraverat: tamen
exulibus, peſſimis erronibus, qui i
ſtar araneorum ex omnibus hæretic
rum antris per Germaniam. Alpinas r
giones, Helvetios, & Friſiam, exſux
runt omne venenum, datus eſt reditu
& in novæ reginæ verba iuratum cu
veteri formula, qua Anglorum rex pr
nunciatur ſummũ & unicum, poſt Chr
ſtum, Anglicanæ Eccleſiæ caput. Hæ
quid monſtri alant, facile olfacimus: cæ
tera adhuc fraude celantur. Pe. *At ma*
ior eſt mariti autoritas, quam uxori
quid ſi Philippus regno potitus, puellan
adhuc pro ætate tractabilem, ab errore
revocet, ac matri Eccleſiæ reddat? Ru
Non eſt ulla ſpes: imo certiſſima conie
ctura eſt, fore ut diverſum accidat. No
vimus ingenia Anglicarum mulierum
philtrum habent in oculis. aſſuetæ ab in
eunte ætate commerciis hominum, omni
bus rebus ſe miſcent, nihil minus quan
Italicas aut Hiſpanicas cuſtodias feren
tes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

tes. Et eſt ſingularis quædam præ natura Anglorum (quos dæmonas verius quam vocabulo tam propinquo nunciis Dei appellares) in iſta virgine animi elatio. Adeo, ut gratulanti novam regni maieſtatem Regio legato, atque admonenti ut religionem à ſorore inſtitutam tueri vellet, reſponderit, pro eius voluntate conſervaturam ſe religionem, à quo eſſet ad hoc faſtigium regni, poſt tot contumelias, exilia, ſupplicia ſuorum, & propemodum etiam ſua, evecta. Hoc tum auſa eſt, non ſolio & diademate potita, ſed in expectatione tantum conſtituta: quos non ſpiritus geret: fiducia dotalis regni? cum intolerabilius nihil ſit, quam quævis fœmina dives, nedum regina; quid non impetrabit uxor, quæ etiā datura legibus pœnas, atq; ante tribunal propemodum poſita, mollem ſororium permoverit, ut ſalvam conſervaverit, nec paſſus ſit uxorem Mariam ſummo iure agere? Demus, fieri poſſe ut non flectat maritum facilem, & uxorium; paciſcetur pro regno, iurare coget, caveri volet ne quidquam mutet. Scis quid hactenus immanes Bohemi fecerint; detrectarunt omnem regum inau-

gurationem, niſi obſtringerent ſe Tab
ritarum & Huſſitarum impietati. I
nihil profuit, capita atrocis tragœd
Conſtantiæ exuri, moverunt ſumma d
orſum & ima ſurſum, concuſſerunt orb
trepidatione, ſeceſſerunt à regibus, i
ipſum Imperium extulerunt arma, don
hucuſque ſecuri ſteterunt. Quid? qu
neſcio quibus myſteriis regi Ferdinand
confirmatum ſit imperium, parum u
putant æquis, ne quidquam cogitet a
ſitve in hæreticos? Hei quanto maiore
animo divus Carolus noſter, nobili Hi
panicæ fœminæ deprecanti pro marito c
religionẽ exulante, reſpondit, ſe etiam f
lium ſuũ, ſi in ea cauſa eſſet, permiſſuru
Inquiſitoribus. Tale reſponſum datu
eſt homini, qui triginta totos annos Im
peratori ſuo nunquam deſierat navare
operam: nec inventum ullum rem
dium eſt, quo minus ſuperatis tot ma
& terra periculis, tot depugnatis pr
liis, tot tranatis naufragiis, canam ſ
nectutem, cui extra hoc crimen vel mil
latrocinia condonari poterant, tranſige
ret in reatu & ſqualore. Vix tempero
lachrymis, cum recordor illius, omnibu

nob

nobis in terminum uſq; mundi luctuoſi, ſermonis, cum valedicens Belgio, præſentibus omnium provinciarum ordinibus, profuſis lachrymis commendaret filio Sanctam Romanam Eccleſiam: fletum eſt viciſſim ab aſtantibus, alteque comploratum, cum ſuprema deficientis audirentur verba; Fili, hanc tibi commendo, teque illi: huic te ſubditum relinquo: hac propitia ego pugnavi, vici, triumphavi. Ge. *Quam brevi triumpho! ſed tam dulci recordatione eum afficiebat Paulus 4. addictiſſimus pater primogenito filio, ut vidimus omnes: qualis futurus erat & Tertius, ſi vixiſſet: & Hadrianus Sextus. Nam Clementi nihil potuit eſſe ſyncerius, ut ſciunt qui benigniſſimi parentis ſanctitatem una experti ſunt in pugna Papienſi, fœdere ſanctiſſimo, & præcipue in ſecretiſſimo illo triumviratu. Sed pergat, ne iterum excidat propoſito.* Pe. *Quid ad hæc Philippus? obtemperat ne hactenus?* Ru. *Hoc alii dicant: ego ſcio quomodo exceperit & dimiſerit me, cum extrema fungens pro academia noſtra legatione, quiddam in rem communem poſtularem.*

Aliter me ſolebat pater adhuc ætate in tegra tractare. Quid quæris? quod hu venerim, cogita. hoc illi debeo, qui me pri mum excluſit. Deinde cum per omnes ſta tiones meo more in intimum uſque cubi culum perrupiſſem, eiecit. Ge. *Profect tuo more: ſed & ille ſuo more. Perge, Phi lippe, macte nova virtute puer: ſic itu ad aſtra.* Pe. *Quid ſi tuo conſilio dare tur Philippo uxor? quam dares?* Ru. *Im hoc ſerio agitur, ne aliam ducat quan conducat noſtris rebus. nec ſtatim me mor tuo ſublati ſunt omnes qui hoc curant.* Pe. *Dic tamen tuam ſententiam.* Ru. *Iam dixi, ſi tu meminiſſes illius myſterii, quod paulo ante ſilentium ſtipulatus tibi communicavi: hoc volebam, ut ab Anglicis nuptiis avocatus, cum Galliis & affinitatem & fœdus iungeret.* Pe. *Quid tum?* Ru. *Eſt quidem contra noſtrarum ditionum cum dignitatem tum utilitatem, ut ita fiat: ſed huc nunc neceſſitas intorquet, ut conſociatis viribus extirpentur hæretici. Germaniam Pontifex interdicto percutiat, Angliam excommunicet, utranque diripiant qui velint.* Pe. *Etiam Turca?* Ru. *Id*

ſatius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſatius eſſet, quam contemni Romanæ eccleſiæ caput.

Pe.

Quod genus ô ſuperi cladis? qua peſte paratis
Exitium? extremi multorum tempus in unum
Convenere dies, ſummo ſi frigida cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderit ignes,
Cum Cœlum Mars ſolus habet, cum ſigna meatus
Deſeruere ſuos, cœloq́; obſcura ferũtur.

Ru. *Quid clamas? an piaculum committitur?* Pe. *Piaculum? cardines rerum diſſolvuntur: non intelligunt Germani ſe peti?* Ru. *Intelligunt, ſed non vacat præ neſcio quibus occupationibus: habent quod alius de alio conquerantur, ac primum oportet exequi. Et eſt (ut ſcis) voluptas quædam, odio alterius ſe paſcere, etiamſi vindictæ nulla ſit facultas, donec vel pereas.* Pe. *Si nunc ita deteſtabilis facta eſt Anglia, cur ante quinque annos tanto conatu aniculæ nuptias expetiſtis, unde ſpes ſobolis nulla erat? ut multi dixerint, periculoſum futurum*

fuiſſe, ſi populus olfeciſſet magnitudinem opum, quibus hoc coniugium conſtitit. Ru. *Non anicula erat, ô bone: uxor eſſe poterat, infinitaſque malorum occaſiones avertere. ut pareret, nemo admodum expectavit, nec ſollicitus fuit.* Pe. *Ergo tantæ heroinæ, tam amplæ doti, tam coniunctæ vicinitati, tam neceſſariis amicitiis, tam certæ ſpei ſobolis, præfertis Gallicam puellam vixdum connubio idoneam? ut perpetuo conſcendat infamem thorum Rex veſter, honeſtiſsimo ætatis gradu conſtitutus?* Ru. *Præferimus: & quidem hoc cum diſcederem, audivi ſummos viros agere.* Ge. *Agunt, ſi modo agunt qui minus vident, quam quibus ſcalpellis & cochlearibus ſunt evulſi oculi.* Ru. *Videant, cæcutiant; ita nunc facto opus eſt. extra hoc, adverſus mundi perniciem non eſt aliud remedium. qui propius admoventur, accuratius intelligunt, qua parte cardo rei teratur.* Pe. *Narraſti plus quam Herculeos labores, quibus poterat vel peculiare dari cœlum, ſi aut ianitor eſſet propitius, aut dii ſoli habitarent.* Ru. *Interim ne putes me hæc omnia, quibus*

meum nomen non admiſcui, ocioſe ſpectaſſe: nunquam quievi, modo ab expeditionibus, modo à legatis mittendis, ut ſi forte Cæſar aut Rex quieſcerent, aut occupati eſſent, ego tamen diplomate meo, quo pluſquam regiam poteſtatem circumferebam, uterer. Adeoque profeceram, ut ſi quis explorator nunciaſſet eſſe ubi laboraretur, ſtatim quidvis magnæ urbis Magiſtratibus denunciaverim, aut removerent ſcandala, aut cauſam dicerent. Teſtis mihi erit Lovanienſis civitas, in qua cum ſtudioſi & cives non multo ante pro nobis in armis ſtetiſſent adverſus hoſtem Roſſemium, ego tamen plus deferens Catholicæ fidei quam laudibus ſuſtentati hoſtis, vixdum ſubductis caſtris, gratiſſimos quoſque ex utroque ordine corripui, lataque ſententia alios mulctandos pecunia ad palinodiam produxi, viros eruditos, ac paulo poſt doctores factos: alios affixos palo concremavi, alios ſecuri percutiendos dedi: mulieres primarias, & optimis in urbe prognatas terra obruendas (ut vivæ erant) curavi. Circa idem fere tempus Perſevaldo Brugenſi, rhetori nimis in

nos dicaci, diem dixi. cuius cum ita miſererentur omnes, ut metus eſſet ne ſuam probaret innocentiam, homini cæco & deformi maſculi amoris infamiam affinxi, ſtatimque ocius Euro à favore cauſæ pleroſque deterrui. Qua occaſione ne exciderem, remotis arbitris cubiculario damnatum iudicio, cum nullam pœnitentiæ aut agnititi erroris ſignificationem daret, perpetuis incluſi carceribus. Porro cum iam intelligerem eum fame perire: nec ſufficeret pauperis rei bibliotheca ad diuturnum victum, ne aut ego gravarer alendi ſumptibus, aut extincti hominis laborarem infamia: nobili viro pro eo deprecanti dono dedi: ſic tamen, ut eum ipſum hoc nomine poſtea ſuſpectum, cauſam cogerem dicere, damnatumque omnibus bonis exuerim. Pe. *Si omiſſis cæteris, iſta prima dixiſſes, iamdudum ſederes in ſinu Abrahæ.* Ru. *Quid ibi? cur non (ut decet Theologos illuminatos) inter Angelos, & Poteſtates?* Pe. *Eliges ipſe locum, ubi ingreſſus fueris.* Ru. *Audi cætera.* Pe. *Cogor, quando ita vis.* Ru. *Reverſus Tridento, univerſalis inquiſitionis formam à Cæſare*

& Pontifice conſecutus, peragrare paſſim cœpi parochias: quo metu multi ſibi male conſcii fugerunt concionatores. Ingreſſus Auguſtinenſium & Regularium monaſteria, (quid genus Monachorum hodie nuſquam non laborat contagio Lutheri & Eraſmi, utrorumque ſui ordinis) cantantibus in templis fratribus, ſeras cubiculorum effregi, aditumque mihi in intima ipſorum ſecreta patefeci. Sciunt haud pauci, quid brevi profecerim. Sed cum monachis ludus erat. Vt Herculem omnia oppugnarunt monſtra, ita mihi quoque in Haga Hollandiæ primo & proſtremo corona & certamen fatis fuit conſtitutum. Erat ad littus Zelandiæ, pago ſatis celebri, Angelus Emphlitius, Theologus Pariſienſis, (etſi titulum tegebat,) ætate paulo me maior. Is ſuos liberius docebat, quam res noſtræ ferrent. Videbatur dogmata non ex Luthero ſumpſiſſe, ſed vel alibi nactus ex priorum hæreticorum libris, vel proprio quodam veneno abundans. Eum Croningius, pagi dominus, & Zelandicæ nobilitatis facile primas, diu defenderat: donec ad filium

devoluta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

devoluta hæreditate, is nobis poteſtatem faceret inquirendi. Datam occaſionem non nos ſegniter arripuimus: deductumque Hagam, de fide reſpondere coegimus. Nunquam vidi prælium acerbius, nunquam in noſtra repub. gravius eſt trepidatum. Diſſerebat è ſcripturis veteranus hæreticus in Capitolio totius Hollandiæ, præſentibus conſiliariis, advocatis, populo. concurſus fiebat è longinquiſſimis locis, ut omnino metueremus, ne aut univerſam Hollandiam inficeret, aut ſi durius in eum eſſet decernendum, ut apparebat, non liceret per populum. Defendebat magni animi conſtantia, nec minori omnium admiratione, nonagintaquinque articulos, nec videbatur ceſſurus unquam, nec dimiſſurus quenquam quem non reddidiſſet deteriorem. Pe. *Ad quam fidem pertinebant iſti articuli? nam nos tot reliquimus poſteris, quot eramus Apoſtoli: hoc eſt, duodecim: ut etiam in articulis eſſet ſenſus Domini in eligendis teſtibus.* Ru. *Aliud eſt, ô bone, invenire aliquid: aliud perficere. paulatim, quæ initio rudia fuerant, expoliuntur ad ſtatum, cui tum*

nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

nihil adiici poteſt. Nec dixit vobis omnia Chriſtus: erant & quæ non poteratis portare. Pe. *Illa igitur nec cuiquam impoſuimus, ſed poſtea ſumus experti: & exemplo docuimus, ſanam doctrinam eſſe patientia & afflictionibus confirmandam: quod infirmi primis rudimentis non aſſequebamur.* Ru. *Draconis Athenienſis leges quam atroces fuerunt, priuſquam eas mitigaret Solon?* Pe. *Is igitur ſimilior Chriſto fuit quam vos. qui dixit: Iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve eſt. at vos, qui ex duodecim feciſtis nonagintaquinque, non mitigaſtis, ſed gravaſtis. Ita tamen mihi dicunt Bartholomæum Latomum argumentatum nuper eſſe valde abſurde extra ſuam palæſtram, perinde, ac ſi religionem Chriſtianam urſa aliqua peperiſſet, quam non una mater tamen lambendo detereret atque efformaret, ſed mille quingentorum annorum ſomnia. O cæci! Chriſti lex æterna eſt, nec eget maturatione temporum, ut ſtabilitatem conſequatur. Alioqui primis Eccleſiæ membris magna fuiſſet iniuria facta, ſi quid*

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ad illorum inſtitutionem defuiſſet, cuiu percipiendi edentula iſta mundi ſenect demum capax fuiſſet. Cur non etiam elementa rerum pro quatuor facitis quadraginta, ne vacillent argumenta Latomi, quum rudem, indigeſtamque molem vocat primitivam Eccleſiam? cur non operi ſex dierum adiicitis auctarium ſeptingentorum annorum, ſi adeo nullum opificium Dei conſummatum eſt quin ad expoliendam legem Euangelicam, requirantur Latomi? Sed tu fac finem. Ru. *Vt potero. Ita ille erat obfirmato animo, ut cuperet omnino nobi mortis ſuæ iniuriam allinere. Miſerabantur venerabundi omnes ordines Hollandiæ, favebant plures quam qui id profitebantur. Croningius paſſim non male audiebat tantū, ſed & periculoſe, ut qui primum à patre, deinde fratre, cui ſucceſſerat, generoſiſſimo belli duce, quem Bremenſes ictu bombardæ interfecerant, turpiter degeneraſſet. Vox omnis & una populi erat, nunquam nos tantum auſuros fuiſſe, ſi illi principes vixiſſent. Commendabat eum inſignis eruditio: & ego faſſus eram, niſi hæreticus eſſet, me*

non

non eſſe dignum, cui matulam porrigerem. vitæ integritas ſanctior eſſe non poterat, niſi quod hæreticorum vita ſit inſtar illicis, expoſita ad ineſcandum ſimplicem populum. Ge. *Vos igitur hæreticorum vitæ Euangelicum illud oppoſuiſtis: A fructibus eorum cognoſcetis eos? ne quenquam falleretis, quem non averteret improbitas veſtra. Facundiæ æque efficaces fuiſtis, niſi quod principum gladii, pali, ignes & aquæ, pro vobis utrunque præſtant.* Ru. *Cur non autoritas ſcripturarum, omniſque doctrinæ, ſit apud Doctores Theologiæ? quid vulgus unquam ſani ſapuit: ut in convivio diſputet, aut in cœtu mutiat?* Ge. *Proinde conſuluit vobis edictum Caroli, ut ſediciosſus ſit, & læſæ maieſtati pœnas det, quiſquis Chriſtum nominavit in colloquio: ſic enim voluiſtis edici. A Mahomete hæc æquitas petita eſt, qui gladio percutit, quiſquis in legem inquirit ratione.* Ru. *Cur non & ego intelligo, quæ iſte gannit?* Ge. *Quia nihil intelligis. Abſolve quæ de Angelo inſtitueras: iamiam videbis enim.* Ru. *Angelum?* Ge. *Angelos, qnorum conſilia hacte-*

nus ſecutus es. Ru. *Apage. ad te redec*
Petre. Pe. *Dic.* Ru. *Accedebat & in*
exhauſta in pauperes benignitas, qu
unanimi voce per compita plorabant
eripi ſibi parentem, medicum, patronum
unicum egeſtatis, morborum, omniſque
adverſitatis ſolamen. nam patrimoniu
habebat luculentiſſimum. Ge. *Hoc i*
lum perdidit. Ru. *Et hoſpitia illis ædi*
caverat: quorum tamen quod admini
ſtrationem ſibi retinuiſſet nec donatio
nem inſtrumentis ordini Eccleſiaſtic
confirmaſſet, ſive mavis, quod non viv
mortificaſſet, ad fiſcum redierunt. Pe
Quid audio? occidiſtis igitur hominem
Ru. *Omnino ita fieri oportebat, alioqu*
de omnibus nobis conclamatum fuiſſet
nec enim unquam in quoquam, qui a
initio iſtius tragœdiæ pœnas dederunt
cauſæ mortis magis abundarunt. O
mnia inerant, ſtabilita ſcripturis aſtu
tia, docendi ſuperbia, defendendi pert
nacia, perſeverandi inſania, invicta di
ſerendi & diſputandi facundia: ad qua
nos collati, piſces eramus, verbo non p
tentes contradicere. Pe. *Hæreſis maxi*
ma, & merito punienda! Ru. *Hoc t*

nun

num urebat; quo pacto ulciſcendo turbas vitaremus. Nam abſolvere nil aliud erat, quam cauſam deſerere. Legitimo iudicio perdere impoſſibile erat, propter populum, & iuriſconſultos, qui clamabant, nos vim facere foro, nec ullum ſervare ordinem: ea erat gratia, & probitatis exiſtimatio. Pe. *Expecto, quam tandem technam ſtruxeritis.* Ru. *Non technam, ianitor, ſed ſtratagema: cum quo ſi Vlyſſes in Palamedem conferatur, puerilem ludum dicas: ſi filiorum Iacob in fratrem, ridiculam ruſticitatem.* Pe. *Amen, amen dico vobis, quia caro & ſanguis non revelavit vobis, ſed pater veſter qui in &c.* Ru. *Omnino in Hollandia perire non poterat. Itaque ſic adorti ſumus. Citabatur ad audiendam ſententiam, parabantur interim quæ ad incendium idonea erant, ſed, parce ac diſſimulanter, ut caveretur tumultus. Nam populus nullum intermittebat diem, quo non conflueret ad ſpectaculum, ſi quod ederetur. Conſeſſum erat pro tribunali, altiſſimo palatii loco: adhibiti à latere ſenatores in modum alarum, quos tanquam teſtes adiungere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſolemus, aut ad ſummum iudices peda
neos, qui ſententiam aut nullam dicant
aut irritam, etiam ſi aliud mandet ipſe
rex. Pe. *Ad quid igitur adſunt?* Ru. *V*
bona pars invidiæ in ipſos derivetur. Pe
Ferre poſſunt tantam iniuriam? Ru. *V*
Aſiatica mancipia, & Appuli aſini: tan
tus timor eſt, ne & ipſi implicentur ſu
ſpicione. ſciunt enim quidam, ſe non ni
beneficio noſtro incolumes eſſe. Pe. O cœ
lum, ô terra, ô maria Neptuni. *Quan*
vere dictum aiunt: Servis regna da
bunt, captivis fata triumphos.

Ita degeneravit mundus, ut non o-
mnes certatim vos concerpant unguibus.
Sed abſolve. Ru. *Productus ille, perſtitit*
in propoſito, non aliter quam ſi dura ſilex
aut ſtet Marpeſia cautes: ut futurum præ
videramus. Ibi Ebronenſis Epiſcopus
Traiectenſis ſuffraganeus, ad hoc ſubor-
natus, ad genua rei prolapſus: Scimus
inquit, doctiſsime domine Angele, te, ad
nos ſi compareris, centuplo doctiorem eſſe
cui tamen, etiamſi pares eſſemus, ea eſt
veritatis vis, ut contradici non poſſit.
Sed quoniam vides, eo exarſiſſe hunc po-
pulum, ut nos hodie ſalvi evaſuri non

ſimus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſimus: num pium ducis, nos furori & laniena obiicere opificum? In præcipuis tecum convenimus, fatemurque, (velimus nolimus) nos veritate abs te victos eſſe. (quanquam hac diſputationis parte nunquam durum certamen fuit.) Ad illa venio, quæ non niſi ad pios mores, & diſciplinam quandam Eccleſiæ ſpectant. quæ utiq; & in procerũ Eccleſiæ ſunt poteſtate, & in tua quoque, (ſi abſque ſcandalo ſit,) ut ad hunc vel illum modum præſcribantur. Eripe te hiſce malis, in quæ non veritatis iniuria (quod tibi iam conceſſimus) protractus es, ſed quadam edicti formula, ac tenore: ac nos ab hac populari ſeditione libera. Si tu vitæ prodigus es, quid nos tui facis reos? invenies alium (ſi libet pergere) quem hoc crimine oneres: qui non, quantum nos, tuis præclariſſimis dotibus tribuat, neque etiam intelligat. Fac obruamur lapidibus (id enim nunc in præcipiti eſt) antequam noſtri rationem reddiderimus: iſti tamen ſenatores teſtes erunt, & te temere ex cauſa non idonea affectaſſe martyrii gloriam, & noſtræ necis flagitium in te recidere. Vulgus quidem ad pauculos dies

magni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

magnifica de te turgebit opinione : ub
ad rationes conquieti erunt animi, tu
demum intelligent omnes, non vim tib
illatam à quoquam, ſed & econtra pri
mum te ipſum tibi manum intuliſſe
deinde multorum quoque aliorum (ut
ſolet) in turba factum eſſe homicidam
Proinde recollige tecum, ab Euangeli
præſcribi, ne quiſquam ſe perdi ſinat
cui perire non ſit neceſſe. Serva te tot
ploratibus pauperum, tot favoribus vul
gi, tantæ apud hos magnificos viros expe
ctationi incolumem : & nobis quoque
da ſpacium, ut contra quã eſſe putamur
ſervatores piorum hominum, non oppreſ
ſores ſentiamur. Da nobis hanc ipſam
vitam, quam habemus : cuius tu etſi au
tor non ſis, tamen per te nos poſſidere
in poſterum fatebimur, poſtquam eripe
pere eſt in tua manu : & tuæ quoque
vitæ non nobis, ſed tibi beneficium acce
ptum fer. Exiguum eſt, quo hiſce omni
bus, & tantis malis, medearis : quo no
ſtro honori ſubvenias, & utrorumque
vitæ conſulas; ſi ſaltem fatearis, te quoſ
dam medios ritus, pia conſuetudine in
veteratos, non ſatis prudenter moviſſe

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

& hoc tibi dolere. Ita fac, & vive, noſque tecum. Si etiam hic gravat conſcientia, (at gravare non debet,) ego pro hoc peccato tuo ſupremo iudici meam obſtringo animam, ut ipſa luat, tu inſons ſis. Hæc ille ſupplex ad genua obdurati ſenis ſedens aperto capite, manibus identidem comploſis, ſubinde etiam lachrymarum aliquid ſibi exprimens, altiſſima voce ſurdaſtro occlamabat. Viſus eſt non iniqua poſtulare, & labefecit hominem eo uſque, ut Præſidem Aſſendelfium interpellaret, dicendo, quid ſibi cenſeret faciundum? Expectabamus, ut is tum utcunque ſuccineret Ebronenſi. Sed ea expectatio fefellit. Hortatus enim pauciſſimis verbis, ut ſe potius intus conſuleret, quam alios, hoc reſponſo abſolvit, nec verbum addidit. Pudebat ſqualidum ſenem, bis ex tanto viro quærere: & viſus eſt quæ præ ſurditate non intellexerat, nonnihil pro ſe interpretari: præſertim cum idem Ebronenſis cataſtrophen adderet fabulæ, exclamans, quid dubitaret, quum etiam ſenatores ſuum conſilium haberent ratum? Ita confirmatus ſurditatis & ignorationis benefi-

cio, productus eſt ad populum reus : ne
mora, dum adhuc omnia ſtrepunt ex
pectatione, prolatis inquiſitionis com
mentariis, omnia ſunt recitata: vo
cum celerrima, tum ſubmiſſa, ut nec vu
gus intelligeret quid ageretur, nec ipſe a
ſequeretur : partim quod iã ante aliqu
annos occalluiſſet ſurditate, partim qu
colloquentem diſtinerent amici ad h
ſubornati. Tunc hominum converſi an
mi: pro favore indignationem, pro comm
ſeratione iram & fremitum erat cern
re. Interrogatus an hæc ita retractaret
annuit, ac ſubſcripſit, non cogitans n
de illis mediis. nam feſtinationem exc
ſabamus furore populi, etſi ille lectione
poſtulabat. Vbi iam ſatis feliciter pop
lum pudore, reum inconſtantiæ nota m
culaſſemus, (Quod ut nos unice ſpectav
ramus, ita facillimum fuerat, parti
quod ipſe toties nil non magnifice prom
ſiſſet, partim quod vulgi nunquam d
ullo alio expectatio ſimilis fuiſſet) ſe
tentia lata eſt in hunc modum : Bon
ſuis uteretur, frueretur amicis, ad
lum aditus eſſet : libera uteretur ſtudi
rum & meditandi quiete, hæc ei cuſtod
appe

appellaretur: impenſas litis diſſolveret, eas Domini Inquiſitores intra certum tempus conſcriptas pro æquo & bono traderent: quos ipſe præficeret rationibus ſuis, ii ipſo ſecuro conficerent pecunias: tunc bonos viros, & præſertim Ebronenſē, (quia ad hanc vocem, ut ante, nihil non promittebat) protenſa etiam ad populum manu, inventuros viam, qua ſuis rationibus ac rebus propius expediendis redderetur: eatenus illam ſtudiorum ſolitudinem qualiſcunq; pœnitentiarii carceris, honeſta tamen menſa, habituram nomen. Audito fine, populus iterum ad commiſeratione̅ commotus, noſtrã æquitatem non commendabat ſolum, ſed ad cœlos uſque vehebat. Facta enim impenſarum & detentionis eius mentione, nemo erat qui non ſperaret ſibi reſtituendum fore, ubi præſtita eſſent impenſæ; quod illi facile erat, homini opulento & pecunioſo. Multi tum olfaciebant, quid ille dolus portenderet: qui indignabundi, ſe domum ſubducebant: & conſtabat, omnium votum fuiſſe, ut fortiter toleraſſet mortem, noſque eius odio involviſſet: quod & ipſum obfirmato animo præ-

ſtiturum fuiſſe non ignorabamus, n ſi arte occurriſſemus, operamque d diſſemus, ut inglorius aliquando apud alios ſpectatores ea pateretur, quibus n tutum fuerat apud tantos fautores eu affici. Pe. *Expecto finem, ſi unqua alias.* Ru. *Iam protaſis fabulæ erat quam oportebat magis illi quam nob eſſe luctuoſam: quod tamen ut celar tur, in proximam deducto civitatem, u & propinquus rebus ſuis erat, & abu dabat amicis, valedicebamus: donec co ſopitis paſſim rumoribus, Lovanium ſt tim avocaremus, tanquam non vacar in Hollandiam redire, ad tranſigen illa quæ promiſerat Ebronenſis. Adh iſta tolerabat utcunque. cum vero L vanii in monaſterio veſpillonum, com muni cum duobus melancholicis carce clauderetur, nec ferret ſtercora in qu bus miſeri tanquam ſcarabæi volut bant: tum demum ſentire cœpit, & depl rare iniuriam illatam. Nondum t men tempus erat idoneum exemplo qu in ipſum cogitabatur dando. nam n Lovanii tutum hoc fuiſſet. Et tame quotidie matureſcebat occaſio. Intell*

xera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

xerat enim ex amicis, circumferri inter coniuratos noſtros palinodiam, quæ iactaretur abnegaſſe omnia aſſerta dogmata. Hoc & illum cruciabat, & nobis novæ inquiſitionis dabat anſam. Erant inter noſtros, quibus ſatis victoriæ videbatur, pedore & tenebris hominem claudi, donec vitæ miſeria confectus (cui non aſſueverat) ſua ſponte lampada traderet. nec deſtituebatur magnis rationibus hæc ſententia: verum qui excutiebant penitius omnia, præſentibus temporibus neceſſarium dicebant, ut captata opportunitate loci, publice puniretur: omnino enim ad maieſtatem noſtram pertinere putabant, illam Hollandorum commiſerationem affici aliqua ignominia, ſiquidem in omnes animadverti non poterat, quod tamen meruerant, ſi unum iugulum habuiſſent. Id cum placuiſſet, hoc quoque nomine maturandum cenſebant, ne quas ſemel effugeramus in Hollandia, in eas denuo relaberemur anguſtias. Iam enim muſſitabant plurimi non ſatis nobis propitia, cum audiſſent, illum iterum de fide reſpondiſſe: & clam accepta charta cala-

moque, nos omnes, qui Haganis interfueramus actionibus, accuſare falſi, niſi ſib exhiberetur cum ſententia in ſe latæ palinodiæ quoque formula. Et hanc iam habebat: qua conſpecta, dii boni, quæ unquam ita infremuit belua, ut ille in nos? Minimum erat clamare falſarios, mendaces proditores, plagiarios nocturnos: nunquam ſe illa cogitaſſe, nunquam ſubſcripſiſſe. Quin quicquid aut apud populu docuiſſet, aut defendiſſet in iudicio. Iſtiuſmodi tumultus non poterant eſſe taciti: ſubauſcultabant ſtudioſi: ebuccinabant non modo veſpillones monachi, verum etiam commendabant paſſim inter mendicandum (quæ illis profeſſio eſt) improbiſſimi hominis cum pietatem, tum patientiam: adeoque ſibi confidebant, ut non erubeſcerent apud nos deprecari de illo mitius & liberalius habendo: quos cum interrogaſſemus, num & ipſi iſtius Circes pocula bibiſſent? reſpondere auſi ſunt, ſe certe ſcire, illum hæreticum, quiſquis eſſet, centuplo meliorem eſſe nobis. Itaque cum metueremus, ne re ad magiſtratũ perlata, pro iure eius regionis cogeremur cum homine experiri loco non

ſatis

ſatis æquo, noctu abreptum in ſylvam Sunienſem, cum abbate quodam eſſe iuſſimus. Accepit & ille liberaliſſime, ut ſtatim inde fuerit abſtrahendus: tum quod non erat fides ſervanda hæretico, tum quod æquum erat illum iam pati. Id cupiebamus fieri loco quidẽ celebri: ſed ubi ille nec notus eſſet, nec cauſa haberet fautores. Deliberatur apud Magiſtros, quis potiſſimum eſſet locus eligendus: quum alius repertus non eſt, quam Berga Hannonia. Cogitabamus, multa ineſſe illi conſilio commoda. unum, quod inferior iſta Gallia nondum tantum ſuxit veneni, quantum Hollandia & Flandria. alterũ, quod linguam ſenex Batavus ignoraret: nec eſſet, cum produceretur, cauſam ſuam probaturus ſpectatoribus. Nec cunctati, carcere ſtatim arcis clauſimus, ſimulato, vicinis alibi locis eſſe comprehenſum, ubi pedore & fame utcunque eſſet ad mortem deformatus. (nam alioqui ad ſenilem rigorem quidquam adiicere erat difficile.) Nos tanquam ad rem novã Lovanio acciti, pertinacem & relapſum condemnavimus. Pe. *Quid ille ad hæc? non vociferabatur de iniuria, dolo,*

 & vi?

& vi? Ru. *Adeo omittebat omnia, ut ſe magnum à nobis beneficium accipere, ſublatis in altum manibus, iactaret. Quando, enim, inquit, mendacio me apud populum Hollandiæ circumveniſtis, quādo me fraude & furto (ut decuit fures) eduxiſtis, idque contra ius patriæ, (quo non oportebat me in aliam provinciam trahi ad cauſæ dictionem, multo minus executionem) quando me ſceleſte & impie condemnaſtis, immortales ago ſupremo Parenti gratias, quod ſurdo, ſeni, & hactenus perfide clauſo, tamen ut vobis hodie fraudes & ſcelera veſtra exprobrarem fecerit poteſtatem, ut cum gloria aſſertæ veritatis hanc deformem caniciem, haſque rugas iam ſimiles factas latronibus & furibus, (quando, quem ſenectus fecerat reliquum, inclementia veſtra emaceratis ſanguinem) nomini eius æterno conſecrarem. Vos quidem in Barbarica hac Gallia tanquam in ſpelunca me iugalatis: eſt tamen etiam in hoc populo aliquis, qui intelligat cauſam meam: nec refrixerint iſti quos ineo carbones, quando fama patrati à vobis latrocinii ad meos emanabit. Nec fefellit* intri-

intricatiſſimum & pertinaciſſimum hæreticum in extrema morte veriſſimum vaticinium. Ecce enim prodeunti è caverna, hinc inter monachum Franciſcanum, qui ei de more obſtrepebat, iſthinc inter carnificem, ad iſtum ocius occurrebat à ſorore nepos, procurator rerum ipſius, & individuus in Hollandia ſemper Achates, quem & hæredem ſcripſerat. Ad eum converſus, nec ſalutavit, nec amplexus eſt: ſed, Fili, inquit, venit illa ſuprema hora, qua mihi teſtatum facere datum eſt, eorum quæ iſti in Hollandia in me confinxerunt, nihil eſſe verum. Quamobrem ubi intellexi, hanc nomini divino fieri iniuriam, ut diceretur hanc diabolus poſſediſſe animam (idque metu mortis) quæ Chriſto nunquam deſiit dare teſtimonium: quieſcere non potui, donec liceret acerba morte comprobare, quod vita & verbo ſum ſemper profeſſus. Vide vero hoſce pedores, admove propius his ſtercoribus faciem: ſi tenebræ obſtent, odor ipſe ſe prodet. quis unquam latro fuit ita habitus? Nunc tu vade, hæc nuncia amicis: atque hanc tuæ hæreditatis amiſſionem tam

fortiter fer, quam ego vita. Habes ingenium, habes eruditionem, quam ſcis me nunquam in te deſiiſſe fovere, quandiu per iſtos licuit, matureſcit & ætas. nunquam deerit fortuna; in quo mihi minima cura eſt: utinam hoſpitiola illa cum modicis proventibus, quibus unice ſtudes, non eripiantur pauperibus! ſed erit ſpero fiſcus clementior iſtis: qui tamen nullo iure invadit. Vrgebant lictores, & videbatur etiam adoleſcenti periculum futurum ex familiariori colloquio. Ecce, inquit, ego abeo: quanta Dei clementia accidit, quod publica afficiar morte, ne liceat mendaciſſimus hoſtibus meis etiam hanc redditam miſericordia Dei conſtantiam onerare calumniis, quod omnino feciſſent, ſi (quod ego ſemper metui) vel venenum porrexiſſent, vel aquis aut carcere clam ſuffocaſſent. Ita verbum non amplius locutus, flava morionis cuculla indutus, ut fugitivus monachus & ſacrilegus videretur, (nam etiam hoc ibi patiendum erat) ipſis ſe altis condidit flammis. I nunc, profer, ſi quid habes, quod in Concilio, Conſtantino pro conſervatione avitæ religionis cõſtantius

&

& fortius à Patribus putes factum. Machabæorum & Babylonicorum puerorum fortitudo ignavia eſt, ſi conferas. Ge. Cum damnato quidem. Ru. Imo nobiſcum, qui tam fortiter fidem defendimus, ut nec regna, nec reges formidemus. Quid ſtas, Petre? quid ſiles? dic quid iſta placeant. Pe. Perii: Pater cœleſtis, vivis & pateris? ſed & tu quoque immolatus es paſcha noſtrum: & in nos fremuerunt gentes, ſed non tali perfidia. Ru. Audi cætera. Pe. Horreo & tremo. non audio amplius, quenquam iſta patraſſe, & ſuperfuiſſe. Ru. Quidni? & quidem totum quinquennium. Pe. Heu, interim ceſſaſti? Ru. Feci quod potui. Pe. Id videtur, ſed non quod debuiſti. Ge. Vere, Petre, non quod debuit: qui quantus hic eſt, ex meris inſcitiæ, inhumanitatis, avaritiæ, crudelitatis, & perfidiæ exemplis conflatus adeſt. Sed non eſt neceſſe commemorare quæ orbis paſſim deplorat: unum adiiciam Coronidis vice. Cum mortuis Croningiis aditum ſibi datum exiſtimaſſet ordo Theologicus ad perdendum virum clariſſimum, quæ vivis illis non poterant; hic Hercules

ſimulato in patriam itinere inopinanti ſupervenit ſub noctem, quaſi inviſendi ac ſalutãdi cauſa. Exceptus eſt benigniſſime, mox cœpit involare in cubicula, ſcrutari bibliothecam, ſcripta, ſtudia. tandem quaſi familiaritate ſatiatus, venit ad cœnam. Pernoctavit. iam abituriebat, cum vir bonus pro ſua innocentia interrogat, ſi mandato aliquo in ſe inquiſiſſet, numeraturum ſe impenſas. Ille nihil minus factum clamans, ſic diſceſſit. Eius tamen operæ cauſa poſtea adiecit ingentem mercedem ſumptibus litis damnati, nec puduit ab ipſo captivo, priuſquam Haga abiret, nondum confectis rationibus extorquere. Ru. *Sine, Petre, abſolvam, quæ per legatos geſſi; etiam illa ad meum meritum pertinere arbitror.* Pe. *Pertinent: quia communia ſunt, & tuis auſpiciis confecta.* Ru. *Malo tamen ipſi aliquando explicent, quot ſuffitus ediderim ex hæreticorum carnibus in Flandria.* Pe. *Audivi, eſſe ibi, qui etiam conſules è tribunali detractos reos ducat, nemine hiſcente; qui viros etiam ſummo loco natos, & domi potentes, agat in exilium, dominia ipſorum addicat fiſco.*

ſiſco. Ru. *Fortiſsime, certe; nec quiſquam fidelius fungitur ſuo munere. Solus ille inſtar alati Bellerophontis, per ſaxa, per ignes volitans, armatam propriis armis circumfert inquiſitionem. Equo enim prædonico, & ſago militari inſtructus, nec niſi uno comitatus famulo, qui illi fiſci & ſecretarii & lictoris munus obit, nec noctu, nec interdiu, nec tempeſtate, nec ſereno abhorret à periculis. Crede mihi, veterum fruſtra laudantur fortia facta: iſte in celebri pago auditis muſicis modulationibus, quæ ſpeciem habebant Saxonicarum cantionum, facto in caupanam impetu, è frequentiſſimo ſympoſio adoleſcentem, qui potuiſſet duobus eſſe par, ſi non defuiſſet ad defenſionem animus, non timuit detrahere ſecum in vincula. Idem cum duceret quendam, qui ſe intractabilem præbuerat in dedendo, non ferens ſuam vileſcere autoritatem, ferreum malleum, quo equites hoſtium galeas perfringunt, in caput hominis vincti intorſit, parumque abfuit quin occideret.* Pe. *Sacerdos?* Ru. *In cauſa pietatis non gravatur ordo.* Pe. *Quid ſi occidiſſet?* Ru. *Laudatus fuiſſet*

zelus:

zelus: & fuerunt noſtri ordinis monachi, qui magiſtratibus ſuam obtulerunt operam, ſi deeſſent carnifices. Nec zelus ille impedimento eſſet futurus conſecratis digitis ad celebrandas miſſas, quibus perpetratum eſſet hæreticorum ſupplicium. Nemo tamen huic ſimilis repertus eſt, qui quod profitetur, mavult re ipſa præſtare, priuſquam iactitet. Quē, ſi ad cæterorum ignaviam conferas, fulmine aliquid dixeris. Non tam fortiter in Friſia alii rem geſſerunt, cum cauda vulpina gravia delicta detergerent, planeque operam luderent, adeo ut vix potuerimus magnitudinem impenſarum excuſare apud reginam. Pe. *Diſplicuit ergo tantopere, contra famam illius regionis, tam multos ibi inveniri innocentes?* Ru. *Non innocentia reos abſolvit, ſed ſocordia Inquiſitorum, quibus magis cordi fuit de bono vino ſollicitos eſſe, quam in hæreticos inquirere. Vtut eſt, nemo unquam tam innocēs fuit, quem non æquum fuerit mulctari ſumptibus litis. In Geldria utcunque tolerabile fuit, Conſulem primariæ civitatis infamia notari, ſpectaculo exponere, nec nō gravi pecunia emun-*

emungere. Quæ in paganos parochos, ſubinde petulanter garrientes in divorum ſtatuas, arma, galeas & equos Georgianos, edita ſunt exempla, levia fuerunt, ut meruerat illorum futilitas: nempe ut in gratiam recepti, ſi quid repoſuiſſent in ſenectutem, id conſumerent Lovanii inter Baccalaureos noſtros; quos tamen legati noſtri æquo diſſimulantius tractaverunt, ut mihi non minima fuerit ſuſpicio, interceſſiſſe corruptelas, & munera. Somnius populi, quam meam, gratiam ſæpe maluit inire: nec fruſtrata eſt eum præcipua lenitatis & humanitatis laus. quem & mihi prætulerunt, dicentes, facundum & elegantem hæreticorum oppugnatorem: contra, me balbum & agreſte portentũ. alii loco eius miſſi ſtupidiores reperti ſunt, quam ut potuerint exequi quod ſuſceperant. nonnulli temeritate faciebant irritos & odioſos conatus ſuos: qui in me inciderunt, nunquã impune ſunt dimiſſi. Etiã grãmaticis, Archytæ crepitaculo loquacioribus, uno ſæpe verbo ſilentium impoſuimus. Erat inter eos non parvi nominis quidam, præſertim apud vulgus, cui

paſſim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

paſſim in ore erat, ſi ad diſputationem veniretur, fore ut, veluti lupus prior viciſſet, ſubito obmuteſceremus. verum horum alii ante explicata, nedum collata ſigna, turpiſſimè fugerunt: alios invita recantatione etiam ad inſaniam redegimus, ſi modo non inerat ſatis inſaniæ rabido hominum generi. Ge. *Atqui illi rabidi, quos tu nunc tam déſpectim nominas, iampridem pro vobis in pugnam prodierunt: nec eſt quiſquam, qui iſto tempore tam fortiter dimicarit, quam Embricenſis ille Regulus: etſi non aliter per vos & ipſe unico congreſſu conſumptus iacuit, quam vipera primo coitu & partu. Credidit miſerrimus homo, hanc litem, quæ tam multos detinuit totis quadraginta annis, ex fabulis Æſopi definiri potuiſſe: non ſecus atque circulatores extremum præſtigiarum ſuarum actum miſſis in theatrum ſimiis populo ridiculum & iucundum faciunt.* Pe. *Habet ille quod meruit, peſſime feriatus homo: qui non animadvertit, diu ab ipſis ducibus deſerta iacere ſigna; ſi modo verum mihi dicunt, quos hac tranſeuntes, & in terris male tractatos, meo*

more

more interpello. Ait enim admodum pridem quidam, adeo omnes magiſtratus paſſim abhorrere ab iſtiuſmodi iudiciis, ut ipſe, ſi advocati & procuratores ſuum feciſſent officium, facile fuiſſet evaſurus. Eſſe enim multos qui nullo non loco clament, irrogari ſupplicia, aut decerni exilia in eos non poſſe, qui in reip. tranquillitatem nihil deliquerint, nec legibus damnentur: præſertim vero iniquiſſime, nec ullius fori forma opprimi, qui non ſint vocati, non auditi, non convicti: qualium tamen multorum liberis & uxoribus eripiantur patrimonia, ita ut, qui ſæpe honeſtiſſimo loco ſint nati, redigantur ad mendicitatem, & pendeant pro foribus fruſtra commiſerentium civium. Ru. *Embricenſis miſſa ridicula falce in noſtram meſſem, audacia ſua committebat in Cæſaris decreta; quem & nos puniſſemus, niſi in aliena fuiſſet ditione. nunc præſtitit diſſimulare: & offula etiam confirmare, ne tantam ſcholam à religione catholica averteret. Quod haud dubie pro illius profeſſionis rabie erat facturus, ſi improbaſſemus factum. Quod ad advocatorum clamores*

res attinet, ſpero, non clamabunt poſthac, nec clamarunt etiam hactenus nobis audientibus. imo criminale eſt, quiſquis hæretici miſeretur, nedum in iudicio cauſam tuetur. Pe. *Hoc nullæ unquam gentes prohibuerunt.* Ru. *Quid differunt ab impiis gentibus impiiſſimi leguleii, qui his turbis in populo excitandis, inopiæ ſuæ quærunt cauſas, quibus omnia tribunalia à multis annis occupata fuerunt? Sed nos rebus noſtris pridem alio ſtratagemate ſuccurrimus.* Pe. *Quo tandem, obſecro? nam non dubito, quin ingenioſum ſit.* Ru. *Adactis omnibus noſtræ Academiæ ſtudioſis in verba Romani Pontificis; quomodo nunc neceſſe eſt omnibus è Germania venientibus abiurare quod cum ipſo lacte imbiberunt.* Pe. *Ingenioſiſſimum profecto conſilium. quo non dubium eſt quin ſtatim is locus ita abundabit auditoribus ut piſcibus aſtra. Concurrent ex remotiſſimis mundi angulis ad ſuaviſſimam eſcam, ut diſcant ſub tam celebratis magiſtris nova rudimenta.* Ge. *Dicet, Petre, ſi quis Lovanio ad te accedat, iam dudum ita ſpectari Lovanienſia collegia, ut cam-*

campos ubi Troia fuit. Imo, niſi brevi evigilent magiſtratus, cives, Iuriſconſulti & Medici, ut intelligant ſua intereſſe, ne locus in orbe Chriſtiano celeberrimus pro peregrinis auditoribus alat porcos & oves in plateis, nil aliud conſpicietur, quam pro cultu deformis vaſtitas. Hoc enim ſtudio habent, ut expulſis cæteris diſciplinis, earumq; profeſſoribus, ipſi ſoli inſtar canum ſtertant in præſepibus: unde tandem pullos ſui ſimillimos excludant ad ſcholarum gubernationes: poſtquam omnes paſtoratus tenent, vel vi vel deditione occupatos, & magiſtratus vident quibuſdam ſcholis non pœnitenda decreviſſe ſtipendia. Quamobrem & Philippo Regi, regum noſtræ tempeſtatis liberaliſſimo, ad ornandam hanc Academiam aliquot annuis millibus propenſo, perſuadere conati ſunt, ne poſthac cuiquam ad dignitates eſſet aditus, quem non titulo commendaſſet Lovanium. Et Principi imponere poſtea niſi ſunt ſacerrimi, exiſtimanti, hoc ſpectaturum ad amplicationem urbis, & profuturum ad conſervationem tum diſciplinarum, tum linguarum; nec olfacienti,

ita

ita fore, ut quidquid eſſet eruditorum hominum, per omnia tribunalia teneretur Romano Pontifici devinctum. Pe. *Non improbarim tamen, temerarias & ocioſas peregrinationes adoleſcentum coerceri: quos mallem domi vigilantibus & incorruptis cenſoribus probari, quam ex Italia & Gallia, conſumptis pecuniis, & productis annis, (ut mihi narrant) redire cum ſolenni Elogio: Accipiamus pecuniam, & mittamus aſinum in Germaniam.* Ge. *Recte dicis: ſed iſtos alia lachrymæ cruciaverunt. Viderunt, à rege lectionem decretorum magno ſtipendio commiſſam homini ſine titulus: trepidaruntque, ne, niſi ille ſtudio contemplativæ quietis abſtinuiſſet, res in exemplum abiiſſet, tamque lauta Magiſteria Noſteria jacuiſſent contempta. Nam hoc non nego, potuiſſe iis, qui ſtudio peregrinarum linguarum, aut paupertate, fuiſſent aliquo abducti, conſuli, ſi reverſi obtuliſſent ſe Lovanienſibus Cenſoribus, manente ſalvo honore, quem bene navatæ operæ exteri Profeſſores contuliſſent, aut Mœcenates donaſſent.* Pe. *Abſolvat ipſe tandem.* Ru. *Geſtio: ſed*

nequeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

nequeo meminiſſe cuiuſdam ardui facinoris, quod ſub ipſum extremum diem velut colophonem omnibus reliquis factis meis adieceram. Pe. Statueras ergo in Prytaneo conquieſcere? Ru. Minime. ſcriptum enim eſt: Qui certaverit uſque ad finem, hic ſalvus erit. Ge. Ita videtur. Pe. Non meminiſti tam recentium? ego ſubiiciam aliquid. Iamdudum recolligo, cum titulos enarrares tuos, non feciſſe te mentionem ſacerdotii. Ru. Prodis tandem nimis piſcatoriam ruditatem tuam. Pe. Quid ni, apud nautam Enchuſanum? quid reſpondes? Ru. Sacerdotis nomen vulgare eſt, & multis commune: præterea doctoratus in hypotheſi habet ſacerdotium. Certe nunc demum apparet, te ſacerdotem non fuiſſe; quod & ante ſuſpicatus ſum. Pe. Profecto non qualem tu exigis. Nobis nunquam vulgare fuit ſacerdotium: nec affectavit quiſquam quod competebat uni ſacerdoti ſecundum ordinem Melchiſedech: qui ſemel ſatisfecit, & ſacrificavit ſemet ipſum pro nobis, non intra templi velum, & ſancta ſanctorum: nec expiationem præſtitit unius anni, ut Aaron:

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſed ſemel inundavit campos totius peccati, ut pro ſpinis naſcerentur fragrantes odores patri cœleſti. Cuius ſacrificii nos nunquam auſi ſumus fieri ſimii, ne pro Chriſto idolum proponeremus gentibus, quas ab idolorum ſervitute ſatagebamus eximere. Demus vero, eſſe aliquid in Chriſtianorum republica, quod peculiariter inſtitutum ſit ad placandum Deum, aliud quam communes preces piorum in Eccleſia: cur vos ordinem invertitis? nonne oportebat primum abundare bona doctrina, & ſcientia ſcripturarum, antequam ad propitiationem cenſeretur quiſquam idoneus? Ergo primum oportebat eſſe doctorem, deinde ſacerdotem: & à ſacerdotio repelli, quiſquis doctor non eſſet. RU. *Non intelligis conſtitutiones Patrum, & decreta Pontificum.* PE. *Nec illi mea, ut apparet.* RU. *Vt olim in populo Iſraelitico ordines ſacrorum miniſtrorum erant diſtincti, ut alii eſſent cantores, alii tubicines, alii arcam geſtarent: ita nunc gregaria dignitatis ſacrifici ſunt, qui iſtiuſmodi munera cantandi, concionandi, aſpergendi, conſecrãdi, & odorificandi obeunt, dum nos ad in-*

timas ſcripturas vigilamus, ut arma cudamus adverſus hæreticos. Pe. Pulchre reſarciſtis Iudaiſmum. Sed obſecro, non concionamini? nō docetis populū? Ru. Sunt inter nos aliis alii facundiores. Ge. Vt inter aſinos marinos. Ru. Hi ſubinde ſumpta alacritate, ut totius facultatis noſtræ edant ſpecimen, inſtructi ſunt reverendo apparatu. (Ge. Vt ſi mulæ eſſent pariture. Ru.) Conſcendunt ſuggeſtum, galero purpureo lucidi; quem tota concione inter tot CHRISTOS & IESUS, non niſi uno ungue attingunt, ut ipſe geſtus commendet ſermonis myſteſteria. Suggeſtum ornant deaurata epiſtromata, ne vulgus exiſtimet his ineſſe quicquam trivialitatis, ut in concionibus parochorum & monachorum mendicantium. Ad eundem modū etiam Abbates miſſificāt, aureum, argenteum, aut eburneum tenente pedum caduceatore; abluente calicem, & transferente ſacrum librum ſacrifico miniſtro. nam præſul ſtat capite operto, manibus chirothecatis, digitis omnibus gemmatis, ut tanto maior habeatur veneratio ipſi myſterio. Pe. Tali veneratione ſolent corvos

&

& milvos tractare, qui placidas co-
lumbas paſcunt nuda manu. Ades dum
Paule frater, cur non ſic obſtupefecimus
Neronem? Ru. Quid ais ad iſta? rides?
Pe. Minime. Ru. Alioqui eſſet contra
Magiſterii maieſtatem, ſi obiremus tam
vilia vulgariter. nunc docemus docen-
tes, hoc eſt, præſcribimus, quid & quo-
modo ſit docendum. Pe. Atqui ego pu-
tabam, certam rationem à Chriſto eſſe
relictam, quæ ſufficeret ad doctrinam ſa-
lutis. De qua ipſe legiſlator noſter: Gau-
deo, inquit, pater cœleſtis, quod ſubtra-
xeris iſta ſapientibus huius mundi, &
revelaveris parvulis iſtis. Item: Lex
Domini ſapientiam præſtans parvulis.
Aut ſi quid deſiderabatur explicationis,
in hoc ſpiritus miſſus eſt fratribus. Præ-
cipue vero Paulus frater acceſſit, cui vas
electionis elogium fuit. Ru. Fortaſſe tu
indiguiſti iſto pædagogo, qui decimoquar-
to poſt acceptum ſpiritum anno adhuc:
ſed præſtat motos componere fluctus. Pe.
Intelligo, nec pudet. Sed vos, qui tam pa-
rum ad veſtrum officium pertinere puta-
tis concionari, quid tam ſuperbe præſcri-
pſiſtis in Tridentino Concilio epiſcopis, ut
ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ipſi concionarentur? Ru. Nimis memor es: bone piſcator, & hic ſolum vales ingenio. poterant abſolvi per diſpenſationem: nec abolebantur hoc decreto Pontificum conſtitutiones, quæ illos abſolvunt, quoties non ſunt idonei. Quid faceremus in tot hominum calumniis? infarciendus erat faucibus aliquis bolus. Quod ad nos attinet, plus eſt præſcribere docẽda, quã docere: ſicut & vobis Chriſtus dignior fuit. Pe. Ha ha he hic igitur rem acu tetigiſtis, ut Magiſtri noſtri Chriſto ſint æquales; minorũ gentium miſſificatores habeantur pro Apoſtolis. Ru. Quid tu ergo clamas? ut qui nunquam ad doctoratum pervenerunt, proterviant docendo? nec pendeant ab autoritate ſuperiorum? Pe. Pendeant à Chriſto, pendeant unde illi pependerunt. de quibus dictum eſt: Et erunt omnes docibiles à Deo. Ru. Hæc vox, hæreticorum eſt: hinc urgent, ut etiam populus ſcripturas tractet, ut impromoti cenſuram dogmatũ ſibi vendicent. Id nos olfacientes, lectione quidem non omnium Bibliorum interdiximus, ne ſævire in ipſa eloquia Dei videremur, ſed revera tamẽ omnia omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

è manibus excutere cupivimus. Pe. Nonne ſcriptum eſt: Verbo meo neque addes, neque minues? Et patribus familias præſcriptum eſt: Docebis ea filios tuos, & filias tuas, & ſervos tuos, & ancillas tuas: & ſcribes in fimbriis veſtimentorum tuorum, & in poſtibus domus tuæ? Vides quantum doctoratum exigat à patrefamilias? Quam nolit à paucorum tyrannide præfocari, quæ iubet in poſtibus exponi ad lectionem prætereuntium? Hæc non eſt illa (ut vides) intra aliquot ſcholarum parietes in tenebris dimicans Theologia, ſed illa quæ ſapientiam præſtat parvulis (ut dixi.) De qua ſcriptum eſt: State ſuper vias, & videte ſemitas antiquas, & ambulate in eis. Ru. Nonne & illud legiſti, quod eſt apud Eſdram? Priora quæ ſcripſiſti in palam pone; legant digni & indigni: noviſſimos autem ſeptuaginta conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et ſic feci, inquit propheta. Item: Scribe ergo omnia in libro iſto, quæ vidiſti, & pone ea in loco abſcondito: & docebis

ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis capere poſſe, & ſervare ſecreta hæc. Item: Hæc in palam facies verba, & hæc abſcondes. Pe. *Præclare quidem omnia, ut magiſtri noſtri ignorantia ſua incubent ſcripturæ ſicut putridis ovis, ut lux Euangelica tenebris obruatur, ſicut Atticorum Eleuſinia. Itane interpretamini prophetas?* Ru. *Ita quidem. qui tu?* Pe. *Ego ſcio populum noſtrum ſeptuaginta illis annis non abſtinuiſſe contagio Ethnicarum ceremoniarum: id quod ſatis apparet in repudiatis uxoribus alieni ſanguinis. Conſtat præterea, in diſſipatione populi genealogias fuiſſe confuſas & neglectas, legem veniſſe in ignorationem, nec conſervatos fuiſſe ipſos libros in captivitatis ſolitudine, qua non licebat convenire. Igitur ut hæc omnia repararentur, ſpiritus evocavit prophetã, ut collapſa reſtitueret, ignorata dictaret: quorum quædam ſtatim proponerentur populo, quædam diſcuterentur prius cum ſenioribus, qui ante migrationem nati poterãt adhuc multorum meminiſſe: ut prius conveniret in doctrina, nec diſſenſio pareret offendiculum: deinde doceretur populus.*

pulus. Quid hinc colligis, M. N? niſi quod veritas nunquam ita iacuerit obruta, ut non extiterint multa ſeminaria, quibus extirparentur, aut ſaltem oppugnarentur errores. Alterum eſt, quod vera doctrina, non hominum autoritate, ſed ſpiritu nititur, qui in conventibus conſulitur, donec conſtituta ſententia, itur in meſſem Domini. Quid enim aliud eſt quod ſequitur? Si enim inveni (inquit) apud te gratiam, immitte in me ſpiritum ſanctum, & ſcribam omne quod in ſeculo factum eſt ab initio, quæ erant in lege tua ſcripta, ut poſſint homines invenire ſemitam, & qui voluerint vivere, in noviſſimis vivant. Vides cur quædam recondat? unde deperdita ſarciat? quem invocet? quo duce legem amiſſam quærat? quam nihil ſuæ temeritatis interponat aut admiſceat? quomodo poſtliminior reſtitutam legem non propriæ perſonæ tyrãnide obtrudat populo, ſed ſeniores accerſat teſtes? longe aliter quam vos, qui plena luce pugnatis adverſus triumphans euangelium, ſpiritum Dei repudiatis, populo invidetis ſcientiam, ut ſoli ſapere videamini. Hic ſcilicet locum habet illa

arx vobis erecta à Divo Auguſtino: Qui ſciam eſſe hoc euangelium, ſi me non docuerit eccleſia? Iumenta & ſaxa loquentur, Auguſtine, citius, ſi ſcire cupis, quam neſcias. Hinc ſcilicet ſequitur, ſcripturam pendere à patribus, non patres à ſcripturis. Vah progenies viperarum! nunquid Chriſtus mortuus eſt pro Magiſtris N? an vero pro omnibus? Ru. *Quis negat, quin pro omnibus?* Pe. *Ergo & omnes vocavit.* Ru. *Vocavit, ſed non eodem gradu.* Pe. *Eodem gradu; ut te dii perdant. & ſe impendit, non ut iuſtificarentur in alio, ſed in ipſo. quid vis?* Ru. *Vt quoquo modo tranſeam, inveniam alios, quibus cum mihi magis conveniat quam tecum.* Pe. *Expecta. Cum dicitur: Omnis ſpiritus laudet Dominum, num Magiſtrorum. N. ſpiritum intelligit, an omnium?* Ru. *Omnium.* Pe. *Num tu laudare quenquam ſoles, quem non noviſti?* Ru. *Non ſoleo.* Pe. *Noviſſe igitur Deum oportet, qui ſit laudaturus.* Ru. *Ita.* Pe. *Igitur qui ſalvi eſſe cogitant, per Chriſtum id aggrediuntur?* Ru. *Dabo etiam hoc tibi: etiamſi poſſem contradicere, aut ſaltem diſtinguere.* Pe. *Putas*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

igitur, quemquam tam eſſe inſanum, qui ſperet ſalutem, niſi obediat Euangelio Chriſti, & voluntati Dei? Ru. Non. Pe. *An quiſquam obediet præcepto quod non novit?* Ru. Non. Pe. *Scire igitur decet omnem hominem Chriſtianum ſcripturas, ut ad eas vitam ſuam accommodet, & obediendo ſalvus fiat?* Ru. *Non aſſuevi illi generi interrogandi, quo in naſſam pelliciuntur etiam acutiſſimi diſputatores, quum minus ſibi cavent in aſſentiendo. tolerabo tamen in te, quoniam ita ſolent indocti diſputare. Eſt quidem ita ut dicis, debere populum non ignorare quid agat: ſed ea tenus, ut tamen omnia referat ad iudicium & cenſuram ſacerdotum; illi ad doctores M.N. Nec neceſſe eſt uſque adeo anxie & accurate à plebe veſtigari omnia: ſufficit generalia ſcire, quod ſit Deus, quod obtemperandum ſit magiſtratibus Eccleſiæ tanquam ipſi Deo, qui ſemper excubent pro ſubditis, quique aſſidue cum Deo colloquantur: quod ſacerdotibus oporteat dare decimas: quod contra Euangelium ſit, quenquam eſſe ſaturũ quamdiu eſuriant fratres mendicantes: quod ſacerdotum*

dotum ocium ſit ſuſtentandum, ut illis vacet precibus & indulgentiis ſarcire quod populus delinquit. Cætera myſteria non pertinent ad Laicos, à quibus etiam veteres ethnici prohibuerunt vulgus. Ge. *Id enim expediebat, ne innoteſcerent præſtigiæ ſacerdotum.* Ru. *Populo ſufficit bene agere: in quo ſi delinquatur, confeſſio fit ad presbyterum qui expiet: multa etiam peccata abluuntur aqua luſtrali in quotidianis ſacrificiis.* Pe. *Soletiſne & vos conſecrare, ac ſacrificare?* Ru. *Summis feſtis, cum proceres & primates conveniunt: alias non vocat.* Pe. *Et tu ergo?* Ru. *Et ego; quidni?* Pe. *Videris igitur mihi ad ſacerdotium, quod tantopere commendas, acceſſiſſe ut Iudas ad Apoſtolatum noſtrum, & Simon magus ad Euangelium.* Ru. *Qui ſic?* Pe. *Nonne dicitis, præcipuam ſubſtantiam miſſæ eſſe in his quinque verbis: Hoc eſt enim corpus meum?* Ru. *Sequar te rurſus interrogantem, etſi invitus. Dicimus.* Pe. *Quid dicitis?* Ru. *Aſſentior tibi quæ vis. quid exigis amplius?* Pe. *Dic, ut etiam ex te audiam quæ ex aliis narrata audi-*

vi. Ru. *Hoc eſt enim colpus meum. quid nunc?* Pe. *Vides, qui ne præcipuum quidẽ verbum ſonare poſſis? Quid igitur? quam ludificaſti ſacrificium, in quo nunquam conſecraſti? ô ſacerdotem!* Ru. *Ne ride, ô bone; nondum habes quod volebas: ſacerdotem non lingua facit, ſed ordo. Imbecillitas mea fuit, ut caninam literam nunquam potuerim ſonare.* Ge. *At illa toties ingreditur nomen tuum, ut ex tribus canibus aut uno Cerbero videri poſſis conflatus. cur non enixus es, ut tam ſuavem parentum tuorum ſonum redderes?* Ru. *Ornari res ipſa negat, contẽta doceri: mens ſemper bona adfuit.* Pe. *At in Levitico à ſacris miniſteriis arcebatur, qui ullius membri vitium haberet. & epiſcopus, ut audio, cogit initiandos iurare, ſe integros & ſanos eſſe. alioqui ſi uno digito brevior ſit manus, aut uno articulo digitus, diſpenſatione ſarcitur menſura. Tu puto ſaltem à pontifice redemiſti linguæ detrimentum, ut cum nec conſecrare poſſes, nec concionari, tamen in utrumque recipereris ordinem.* Ru. *Penſavi hanc exiguam labeculam multis aliis præclaris dotibus.*

Pe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Pe. *Atqui hæc una labecula diſtinguit canes ab hominibus. quid eſt homo, ſi non loquatur?* Ru. *Animal rationale.* Ge. *Vnde ſciemus, ſi nuſquam ſe prodat?* Ru. *De potentia intelliguntur verba, non de actu.* Pe. *Quam ſomnias potentiam ſemper irritã, & quæ non alia cauſſa non conſequitur actum, niſi quod non ſit idonea? Paulus frater meus dona diſtinguit: cui non tuo contentus, abſtinuiſti ab ab aliena meſſe? Certe quidquid eras, nec ſacerdos, nec doctor eſſe poteras, qui etiam canes non negas te facundiores.* Ru. *Canes nihil aliud ſonant.* Pe. *Tu ne hoc quidem: ſine quo cum non peragatur myſterium, debebas à ſacerdotio abſtinuiſſe.* Ru. *Ad operandum ſacris, aut concionandum, ipſe quidem non admodum expeditus fui; quibus tamen ego artem præmonſtravi, hi feliciſſime ſunt in utroque verſati genere, viri per univerſam Europam diſertiſſimi & piiſſimi, qui & ipſi hodie me maiora cudunt, & principibus ſunt multo graviſſimi. Audies brevi, quem apparatum inſtruant adverſus hæreticos tirones mei: dices, nullum unquam Demetrium fuiſſe in fabricandis*

omne genus armis & machinis tam inge-
nioſum. Riſum moverint illa vetuſta,
baliſtæ, catapultæ, arietes, vineæ, plutei,
& noſtro tempore bombardæ: hic tota pa-
noplia prodit, terribilior non modo ad e-
vertendos funditus hæreticos, verum-
etiam univerſum genus humanum, ſi
vellet, quam olim Pandoræ pyxis. Pe. Er-
go tu mihi inſtar cotis videris, quæ cum
cultros acuit ipſa manet obtuſiſſima. Ru.
Ita videtur; & multi dicere ſolent. Pe.
Salve, ſilex duriſſima, quæ tam multos
exacuiſti, quam multos accendit ſcin-
tilla ex te excuſſa. Salve, lapis ſacer-
rime. ſi nunc hic Iupiter regnaret,
quem iuraverunt olim lapidem; quan-
topere ſibi metueret, ne ab hoſte tot tiro-
ciniis inſtructo deiiceretur cœlo, ut ipſe
dicitur dejeciſſe patrem ſuum! Ru. Vi-
deris mihi in cœlo Ethnicus factus. Pe.
Quid mirum, cum & tu ex tot mi-
raculis in ſilicē deſinas. Quid ſi te hic de-
fodiamus pro Termino, ut ſciant poſt-
hac poſteri tui, quouſque ſint progreſ-
ſuri in cœlum? Velim quidvis eſſe, ſi
non eſſent me aliquando permerdaturi
Lutheranorum canes. Pe. Abluent te, &
deter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

detergent illæ ſacræ virgenes, quæ tuum altare, tuum limen, tuum pulvinum ſolent conſpergere floribus; quibus tu. Ru. *Tace: ego nec mulierem nec virginem unquam attigi: & iamdudum dixi, quæ ſolitus ſim adverſus eiuſmodi incendia dare aliis remedia.* Pe. *Nec oſculum igitur pacis dediſti tam ſuavibus & roſeis labellis?* Ru. *Nunquam attigi, dico.* Pe. *Ne peiera: nam ſunt qui te aliquando obſtetricis loco fuiſſe dixerunt.* Ru. *Adeo nihil tutum eſt ab obtrectatorum linguis? ut quæ ego nunquam ad cuiuſquam aures emanaſſe ſperavi, ea ad portas cœli audiam? Heu me miſerum, hoc maculat totius mihi vitæ puritatem. Sed quid? hic furcifer huc attulit? &, quomodo geſtum, dixit?* Pe. *Dic tu; ego auſcultabo, num conveniat inter vos.* Ru. *Eramus in cymba pauciſſimi vectores, cum una muliercula, quæ mihi (ut ſedebat) adhuc virgo videbatur. ea, quum aliquamdiu in navi (ut fit) reclino capite dormitaſſet, ſubito experrecta, Viri, inquit, accurrite, porrigite manus, ſubmittite humeros; hæc hora mihi extrema eſt. Accurrebant alii, quibus vide-*

batur novum non eſſe: ego me condebam. quum quidam: Aut, inquit, tu quoque, vacca, exurge, aut ego te præcipitem dabo Quid facerẽ? parui metu. Mulier porrigit manum, & genu: hanc, (inquit) etiamſi ego relucter, ſtringe, illud (genu ſignificans) modo diſtine, modo molliter ſuccuſſando remitte, ſpero brevem hunc fore paroxyſmum. Ego adhuc nihil intelligebam. nam ſocii, cum illam reſpiciebant, miſerebantur: cum me, ridebãt. Nec fallebat eos ipſorum expectatio, qui non ignorabant, fore ut & ego non minus quam fœmina conſternarer. Paululum igitur ita facientibus, ecce auditus vagitus eſt (ut ſit verbo venia) neſcio quo loco. Quid quæris amplius? iacuit infans, exceperunt ſocii: illa (ut erat ægerrima) involvit peplis, donec ad proximas villas exponeremur. Dii talem terris avertite peſtem: ego inde prodire infantulos putaſſem? Pe. Vnde tu? non legiſti, Vnde flumina exeunt, illuc revertuntur? Ru. Mater mea mihi perſuaſerat, apud nos è proximis arundinetis dari mulieribus. Sed eſſe aliter, ego magno malo mea conſcientia poſtea ſenſi, qui ab eo

die

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

die nunquam carui neſcio quo pruritu, nec æquis oculis aſpexi famulas meas. Pe. *At D. Albartus Magnus dicitur hæc aliquando ex profeſſo feciſſe.* Ru. *Quid non audent monachi? qui etiam in virgine matre peccatum originale invenerunt.* Pe. *Quot admoviſtis manus operi?* Ru. *Tres.* Pe. *Numero profecto boni ominis. ſic tres Magi ſalutarunt Mariam puerperam.* Ru. *Hoſtibus meis iſtud omen poſthac: ego ſolus emunctus ſum omni pecunia: nec potui redimere, ubi navem appuliſſemus villæ, quin fierem compater hominis quem nunquam vidi. Pertrahebant me in diverſorium paluſtres mulierculæ bibaciſſimæ, vocatus ſacrificus æque ſobrius. nam ad ſociorum nomen intremiſco: quos nautas fuiſſe puto, & fortaſſe machinatores totius ſpectaculi. adeo noſcitabant mulierculam, cauponam, ſacrificum, & reliquum vulgus. Nam omnes certatim paſcebantur tanti compatris largitate, ſuffundentibus frigidam ubique illis obſtetricandi collegis. ut eos dii perdant. nunquam nudior, nec ſordidior redii domum. Quare aliud: nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

nam tædet iſta narrare. Pe. *Hoc illud eſt arduum facinus, quod (ut dicebas) reliquis omnibus adiecisti loco colophonis.* Ru. *Recte mones, ut hactenus ſoles; nihil minus. Nunc demum redeo cum memoria in gratiam. Audies nunc, audies, in quo iacent ultimæ meæ vires conſumptæ. Vtinam per lachrymas liceat eloqui. Audiſti tumultum Anabaptiſticum, olim exortum Amſterodami, urbe maritima Hollandiæ?* Pe. *Audivi. & dolui.* Ru. *Merito hoc malum poſtea nunquam eam urbem deſeruit, (*Pe. *Sic te audio dicere.* Ru.*) quin primores quoſque habuerit fautores, & inter eos qui primo loco rempub. adminiſtrabant. nominibus parco.* Ge. *Quid hic parcis? ubi ſine te omnia ſciuntur. Bruxellæ pepercisse poteras, quum Prætorem, & cum eo optimos quoſque clam deferres mendacio, homo ſtupidiſſimus; qui ante cauſam te obtuliſti choragum tam infamis tragœdiæ.* Ru. *Quod feci, feci pro zelo. quid ad te?* Ge. *Quod ſucceſſit, ſucceſſit iuſto iudicio, & Regis perſpicacitate. hoc ad te, & ad fratres tuos: ſed non tanto gaudio, quanto Angelum cir-*

cum-

cumveniſtis. Ru. *Nemo negabit, indiguiſſe eam urbem remedio vel duriſſimo.* Ge. *Nemo fatebitur, eam urbem eſſe incorruptiſſimam, niſi qui habeat veſtrum ingenium.* Ru. *Tu ergo falſum argues, quod duæ ægræ mulieres, ſacræ Euchariſtiæ atteſtatione, extremo temporis articulo, cum morituræ viderentur,* (Ge. *Vere viderentur, quæ nunquam ægrotarunt.* Ru.) *Teſtamento reliquerunt ſibi eſſe compertum? quod duo ſeptemviri ſubſcripſerunt? notarius publicus ratum fecit? primarius Conſul fieri iuſſit?* Ge. *Quære ex Senatoribus Hollandiæ, quam vera iſta fuerint: imo ex ipſis fabulæ actoribus, Conſule, Notario, & mulierculis adhuc vivis: quos qua arte tuus ille confœderatus Florentius Adamus, primarius Emporii paſtor, protruſerit in ſcenam, in Hollandia nemo ignorat. Tu certe magno literarum faſce nomina (ſi diis placet) Anabaptiſtarum Amſterdamenſium detuliſti Bruxellæ, primoque poſuiſti loco Prætorem.* Ru. *Ita paſtor ad me perſcripſerat.* Ge. *Quis ſubſcripſerat præter unum conſulem? eumque nimis*

anxium

anxium religionis, ſeductum ab animæ ſuæ cuſtode. Sed vos ſperabatis, ut primo quoque iudicio traherentur vincti, quos oderatis: præcipue vero prætor. in hoc currebas, & tanquam ad metam coronandus cæcus ruebas in obvios quoſque, non perſpiciens cauſæ cataſtrophen. Pe. *Quid audio? non eſt evulſa tanta trabs in oculis veſtris?* Ru. *Non video quid dicas.* Ge. *Non vident ſilices: ſed an ſit oppreſſus ille adverſarii agminis dux anteſignanus, Prætor; hoc eſt quod quærit.* Ru. *Heu miſeros, quotquot illam telam orſi ſunt: homo nimis callidus eſt, & Palatinis amicitiis fultus adhuc ſe extricavit: noſtros vero involvit, quos etiamnum detinent carceres & pedores, fortaſſe perituros. Nec enim peſſimo caret omine, quod cum Conſul honeſtis literis accitus iuberetur permittere ſe cuſtodiæ, paſtor interim publice è templo extractus ſit: ſtatimque in naviculam à lictoribus conditus, nunquam permiſſus ſit domi valedicere ſuis. Cecidit corona capitis noſtri.* Ge. *Abſolve; Væ nobis, quia peccavimus.* Ru. *Ita mitius agitur*

cum

cum homine prophano & mercatore, quam cum Licentiato Sacro-Sanctæ Theologiæ, Inquiſitore hæreticæ pravitatis vigilantiſſimo, Paſtore tanti populi, (Ge. *Latrone tam ſancti ovilis.* Ru.) *Cum viro inquam tantæ ſanctimoniæ: quem Edamo civitate evocatum, arcem in arce Hollandiæ collocaveramus, exploratorem omnium quæ agerentur, nam magiſtratum habebat utcunque addictum ſibi.* Ge *Mire ſanctum virum, qui Edami patria ſua docens populum, per te conſilium dedit Cæſari, ut hæretici promiſſa ſecuritate, in duas maritimas Hollandiæ civitates admiſſi, una nocte inopinantes exurerentur. mox Amſterdami auguſtiorem conſecutus cathedram, hanc exorſus eſt nō eorum quos ſibi deſtinaverat, ſed ſuæ vitæ telam: quam illi non Atropos aliqua incidet, ſed carnificus gladius, quem ipſe acuebat non modo civibus quibuſque optimis, ſed & mercatoribus, quotquot illuc ex Hiſpania, Anglia, Germania,* Polonia, *Ruſſia, & Livonia, ad negotiationes convenire ſoliti ſunt.* Pe. *Sic erat futurus unus paſtor, & unum ovile.* Ge. *Id*

ipſe diceret, ſi intelligeret. Et quidem vulturibus & corvis, non Chriſto, cuius negocium non agitur. Ru. *At at at.* Pe. *Quid collidis dentes.* Ru. *Scio ubi me calceus urat: nec poſſum concoquere, quod nunquam potuit epiſcopo Traiectenſi perſuaderi, ut pro ſuo iure illum incompetenti foro & iudici eximeret. Saltem frigide miſit duos eccleſiaſtici ordinis neſcio quales homines, qui audituro nefariam capitis poſtulationem aſſiſterent, ne qua vis fieret (ſi diis placet) homini, quem ſciebat tam iniquo loco conflicturum. Ita de ducentis triginta capitalis cauſæ criminibus accuſatus, cum non haberet quod ex tempore reſponderet exercitatiſſimis quæſitoribus miſer homo, in carcerem multo fœdiorem deductus eſt, habendus non ut tam venerandum virum decet, ſed ut qui de furto aut latrocinio accuſetur.* Ge. *Ad talionem poſcitur: luet, quod luiſſent tot Anabaptiſtæ, quorum ſe accuſatorem ſcripto exhibuerat: ita in curia obtrudens literas ſuas, ac ſi lectis nullæ ſuperfuturæ fuiſſent reliquiæ: quemadmodum ſi ſenatores pueri fuiſſent, qui exeſis nucleis*

non fuiſſent ſolliciti de putaminibus. At hæc putamina miſerum accuſatorem perdiderunt. Ru. *Garrias tu quicquid velis; nil ad me: ego horreſco referens, nec lachrymis abſtineo. nemo ab illo irridendo abſtinuit, applauſum eſt ab omnibus tanto tanti viri periculo, recuſarunt advocati pro eo ſuſcipere cauſam.* Pe. *Peſſimum profecto cadaver, quod aſpernantur vultures.* Ru. *Patronos illos Traiectenſes puduit vel hiſcere ſemel.* Pe. *Hic Ebronenſem oportuiſſet fieri ſupplicem: impetraſſet fortaſſe aliquid à iudicibus, qui nihil non obtinuit ab Angelo.* Ge. *Non erant ſurdaſtri.* Ru. *Nihil egiſſet; adeo exulcerati erant ſpectatorum animi. Quin & ruſticus quidã, (ne ad extrema ludibria quicquam deeſſet) velut epinicion canens, & triumphũ celebrans, quum ad enumerationem criminum diligentiſſime auſcultaſſet: Si tu, inquit, bone vir, hanc pilam rite repelles, profecto indigebis reticulo meliore quam hactenus vidit Hollandia. Quis talia fando temperet à lachrymis? Tam nunc parum tribuitur iuri Canonico, ita invadunt noſtram iuriſdictionem homines*

mines

mines politici & Iuriſconſulti: qui nunc nihil aliud agunt, quam ut expleant ſe odiis Inquiſitionis noſtræ in miſerrimum hominem: ita noſtra pomeria diripiuntur à prophanis. Feciſſent hoc olim Barbaroſſa? Henrici? Conradi? Conradini, & Longobardi? fecerunt, ſed quam impune, deplorant illorum poſteri.

Quam vere dictum memini:

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.

Ge. *Foras, Cares; non amplius antiſteria. Igitur cogitare debes, ô bone, quam æquo loco ſteterint, quos tu tot annis tam multos mactaſti: ut ſi iudex ſe ad cognitionem cauſſæ obtuliſſet, aut advocatus ad dictionem, ſtatim eſſet apud vos eidem cauſſæ obnoxius. Tunc nemo auſus fuit ſuſcipere patrocinium: nunc nemo volvit: nonne par pari relatum eſt?*
Ru. *Aliud eſt in humano lapſu, aliud cùm hæretici perſiſtunt in pertinacia, quibus nec leges, nec æquitas iudicis, nec advocatus, nec ulla fori forma, nec privilegia ſubvenire debent. imo quiſquis contra pias conſuetudines, & ordinationem Eccleſiæ, nova aſſerit dogmata, ex-*

tra conſuetudinem & legum ordinem puniendus eſt, ut pie continetur in Inquiſitione Hiſpanica, & examine ſanctiſſimo. Nec enim neceſſe eſt omnia de ipſo liquido conſtare, aut teſtibus confirmari actionem: ſufficit, hæreticæ pravitatis Inquiſitores, nec non omnes qui Inquiſitionem promovent, quiſquis demum eſt eorum, dubitare de alicuius fide: & firma unius ſacerdotis præſumptio eſt loco multorum teſtium. Omittant curioſitatem ſuam politici iudices: imitentur obedientiam Pilati, cui ſatis fuit ad Chriſtum condemnandum audiſſe: Nos legem habemus, *& ſecundum legem noſtram morietur. non quæſivit quæ lex eſſet, nec poſtulavit exactiorem explicationem. Nos canones habemus, quibus ad religioſarum perſonarum lapſus connivendum decernimus, in Laicos ſevere vindicamus.* Ge. *Egregie mutuum muli fricatis.* Pe. *Si à iudicibus exigitis, ut Pilatum imitentur: igitur & vos clamate, Sanguis eorum ſuper nos, & ſuper meretricum filios noſtros.* Ru. *Carolus Cæſar legẽ tulit, ut hæreticus ſit, quiſquis hæreticũ defendit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Pe. *Carolus nil minus voluit, quam veſtræ conſultum tyrannidi: ſed voluit occurſum ſeditionibus & tumultibus. voluit pœnã exigi à contagioſa pertinacia, non à flexibili innocentia: cuius maieſtate vos egregie eſtis abuſi, ſanguinarii hypocritæ. Sed pulchre penſarunt vobis legem veſtram Advocati. Cogitarunt enim & ipſi, proditorem fieri quiſquis proditorẽ defenderet: & calumniatorẽ quiſquis calumniatorẽ: & falſariũ, quiſquis falſarium: & homicidam atq; latronem, quiſquis tales. Vides quã acute caverint ſibi. Sed vobis ludus eſt, principum auribus offundere mendacia, innocentibus creare calumnias, bonos gubernatores civitatum objicere ſuppliciis: & quo id fieret probabilius, pauperes mulierculas pecunia promiſſiſque corrumpere, ut ſimulato morbo & iurata ſacroſancta Euchariſtia (quæ facta atteſtatione ſtatim porrigebatur) dicerent, ſibi conſtare, prætorem & primarios civitatis eſſe Anabaptiſtas. Scilicet iamiam expiraturis habenda fides erat, ut cygneæ cantioni nihil ſubeſt mendacii! Hic eſt uſus Euchariſtiæ, cum volunt Inquiſitores. in*

hoc

hoc mortuus eſt Chriſtus quoties commoda ſua propugnant columnæ Eccleſiæ: ut unius nebulonis ſtomacho ſatisfiat, Anabaptiſtæ ſunt & Sacramentarii, innocentiſſimi quique: quia non damnant, non deferunt, non maledicunt, non obtrectant non excitant turbas in urbe qua ex totius orbis nationibus conflatur. Quis talia fando, ne dicam faciendo, non putet cœlum pluiturum ſulphure & pice ut olim, cum non tantū peccaſſent Sodoma Gomorrha? Ru. *Tace, blatero: aut dic, ut audiam: quid me interrumpis? Quanquā coniicio, quid tā ſubmiſſa voce ab initio uſque intermurmuraveris: & nunc demum video, quid facturus me fis ſecurus. Demus, ineſſe aliquid erroris; quod fateri proh dolor cogimur: quando probationes deſunt, & Rex contra noſtram expectationem adverſarios noſtros tanquam inſontes in cauſſa præteriit: quos oportuiſſet, nobis non proditis, ſtatim in vincula coniectos à carnifice interrogari. quod tandem tam atrox peccatum eſt, ut ob id cauſam dicat tam ignominoſe vir ſanctiſſimus, & ad hoc facinus bono zelo inflammatus? Chriſtus paſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

ſus eſt ſe interfici, ut conſtitueret hanc religionem: an abſurdum eſt aliquot prophana capita hoſtiarum loco conſecrata, huic ſacrificio devovere, ut defendatur tam avitum inſtitutũ adverſus hæreticos? Nam qui infligunt mortem, ſemper zelo excuſantur à peccato: qui vero ſubeunt pœnam, ſi ſunt immeriti, ipſa patientia cuiuſvis boni operis pondus obtinent, ut commendentur Deo: ſin meruerint, & hoc ipſum ſunt quod ſuſpicio eſſe præſumit, quis vituperet è medio tolli tam nocentes, & modicum fermentum perdi ut conſervetur tota maſſa? Ge. *Vere maſſa, quæ abhinc multis ſeculis ad nihil utilis fuit, niſi ut vos ex ea ad contumeliam omnium bonarum rerum ſaturi eſſetis, qua vos inebriaremini, pingueſceretis & laſciviretis. Scilicet ad hoc mundus creatus eſt, ut vobis præſtet ocium, non opifici gloriam: adhoc prodita religio, ut vobis eſſet quæſtuoſa, non populo ſalutaris. Qui contradicunt, moriantur: aut qui non ferre putantur veſtras ſuſpiciones, è ſtultitia, inſcitia, invidia, avaritia, aut ſaltem moroſitate natas, dicant apud vos propitios iudices cauſam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

cauſam. *O religionis aſſertores, ô Apoſtolorum ſucceſſores, Chriſti propugnatores!* Ru. *Inſanio niſi iſte taceat.* Pe. *Imo inſaniſti, antequam iſte loqueretur.* Perge de maſſa: *nam videris bolum in faucibus habere.* Ru. *Hoc volebam adiicere; non magni referre, nocentes an innocentes pereant, qui iſtiuſmodi ſupplicia ſubeunt, modo populus terreatur exemplo, quod optime præſtant homines eruditione, opibus, aut magiſtratu nobilitateve celebres. quod Amſterodami inprimis quærebatur. Quin ſi nunc ea pietas eſſet in hominibus, quæ in Curio & ſimilibus, offerrent ſe magni viri ad publica exempla clam innocentes, ſed publice fatentes hæreſeos crimen, ut ceteri abſtinerent.* Ge. *Habes tandem omnia, Petre. Hæc eſt conſcientia Theologorum, hæc pietas, hæc conſilia: omnia ardeant, modo ipſorum culina niteat.* Ru. *Iterum, & tandem tibi dico, tace: tace in nuam in nomine diaboli.* Ge. *Spiritum ſuum ſentit.* Ru. *Tace.* Pe. *Tacet. tu perge, pater.* Ru. *Quid pergam? non ſufficiunt iſta, ut intromittar? Hic finis fuit, hoc extremum certamen: ubiq; victor, hic ſuc-*

cubui. Nam cum diſſimularet epiſcopus, nec ſe interpellari ſineret, quam præoccupaverant adverſarii, aut ſaltem ſimulati amici; indignatione correptus ſubìto concidi, nec plura locutus ad te veni. Illic ſtat palatus & ſordidatus reus, non ante iudices, ſed ut agnus inter lupos: de quo nihil divino quam certã perniciem. Vtinam licuiſſet hanc victoriam adiicere infinitis triumphis meis: ſed ferus omnia Iupiter Argos tranſtulit; ſummiſque negatum ſtare diu. Pe. *Perge.* Ru. *Ab ſolvi. Dixi hæc poſtrema: nec habeo, nec poſſum plura; adeo defatigavit me interpellando iſte poſticus nebulo; cuius ego vix decimum quodque verbum intellexi, niſi quod te valde delectatum vidi. Aperi nunc oſtium.* Pe. *Non licet. aperiãt tibi quibus magis placebunt quæ hic recitaſti.* Ru. *In hoc lactatus ſum toto die, ut excludar?* Pe. *Audivi omnia, ut, ſi mica ineſſet pietatis, cæterorum tibi gratiam facerem. nunc abi.* Ru. *Infelix calvitium, quam momentanea erit iſta tibi procacia. Tu quidem mordicus claude: ego faxo videas brevi, qui non modo aperiat, ſed vel refringat.* Pe. *Ad Iu-*
lium

lium Secundum ibis, ut audio. ha ha he. vade bonis avibus. Ru. *Eamus, iungamur caſtris Iulii: iſte mox experietur, qualem athleta excluſerit. Atque ecce ferimur per opaca viarum.* Ge. *Ipſe in acie ſtabis? an aſpiſtes tibi erit carnifex, ut ſolet?* Ru. *Furor arma miniſtrabit; ſalutemus modo Iulium. Sed quid iſtæ ſibi volunt exortæ tenebræ? unde nox? quis iſte clamor? qui ſtrepidus? qui fletus? qui eiulatus? An Iulius iam agmina collocat? an in tenebris dimicat? Forte edidit aliquam ſtragem. Cur hic conſumit veteranos? Cur non oppugnat cœlum? Dum adſunt ſocii, figat caſtra, jamjam aderit ſupplementum.* Cerb. *Ru, ru ru ru, ruar ar ar arrr, ruarr, ruart.* Ge. *Cerberus iam infremuit faucibus: opinor & ipſe excludet; adeo rabit, & linguã rotat. Iam deſinit latratu. Audio vocem cantantium, & velut congratulatione excipientium aliquem. Bone deus, an admittitur? Auſcultabo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

CHORUS INFERORUM

exterior, obviam progreſſus,

QVis notus adeſt Lernææ nepos?
Quem ter triſona voce ſalutas?
Remove actutum pater umbrarum
Tenebroſa nigro poſte repagla.
Venit è Batavo gramine taurus,
Mutone carens, ſed in auriculis
Tam hirſuta gerens crinibus antra
Quantum Arcadiæ pecore in medio
Dederit nemo paſtor aſellum.
Duro inſtruitur, ſubiitque pedes
Etiam duros: ungula cornus
Solus ſecum rectore carens
Penetrare queat, nihil offenſus
Medias nigri ſulfuris arces.
Præferte tamen per opaca faces
Vos virginei à vertice vultus
Cætera tetri, ſtygiique canis
Eat ad molles ſtabuli lectos,
Vbi paſcuntur Diomedis equi.
Sedet hoc ſepto, quicquid domuit
Sæva Herculei clàva laboris
Bos, in mediis Marathonis agris
Omnia vaſtans, Lernææ novi

Fœcun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Fœcunda nimis verticis hydra,
Soloſque pavens ignis Danai
Feſſa colores. Sus Menalius.
Simul atria nube petite,
Vbi condiderant aſtra volucres.
Sin quidquam inerit in taurigero
Vertice ſenſus, hominumque aliquo
Mens dura bovis gaudeat ore:
Habet hæc etiam per loca ſedes
Buſyris, honos per quem datus eſt
In Templa deum hoſpite cæſo.

Semichorus.

Ducite caſtum in paſcua taurum,
Spargite gramen molle, ſorores;
Implete cavi tormina ventris,
Farcite gulam, rabidamque fame, &
Bile patentem. ferulas carpat,
Mox littoreæ floribus alni
Turgeat, aut ſi de cyparisſo
Naſcitur hic quod nemo revulſit.
Properate Striges, voſque ô Lamiæ.
Aperite nigro ubera lacte,
Præbete ſinum. patrio vitulus
Gaudeat hauſtu: ſic ſic ſolitus,
Septem decies bibit haud aliud
Fortiter annos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Semichorus alius.

Dormiat hinc placidum ſicut permittere ſomnum
Ipſe ſolet noſtris hoſtibus atq; ſuis.

Alius Semichorus.

Mox ipſe pater deus umbrarum,
Prodeat inter proceres regni,
Rapiatq; ſuum in tecta triumphum.

Cerb. *Ru ru ru ar arr arr, ruarr ruarr ruarrrtt.* Ge. *Præteriit, ut audio. etenim iam rurſum intermittit vocem Cerberus. Vtinam aſſequi queam, quæ intus gerentur. expecto dum ſtrepitus, utcunque conquieſcat.*

CHORUS INFERIOR.

Semichorus.

Tapparus ardentem ructat de faucibus Aetnam,
Lemniacoſque focos, infamia regna Ciclopum.
Ora canem terrent ſtygium; quam ſpumea quanto
Pure madent, merguntque truces in ſanguine dentes!
Nunquam ego quanta mihi eſt atris in ſedibus ætas,

Tam

Tam diram aſpexi per triſtia Tartara
torvam.
O ſalve, lethale caput, ſeu mortibus
ardes
Innocuis, ſeu te tua diis furiata volun-
tas
Suſtulit è medio, & letho dedit irrita
virtus.
Huc ades, hoc uno ſolum culpabilis inter
Vmbrarum proceres, quod, quas te con-
ſtat Olympum
Carnifice aſſcendiſſe animas, non merſe-
ris Orco.
Sed tamen & te autore Charon ditatus,
& ingens
Turba ſoporifera ſtertit per flumina le-
thes.
Si quid aberrarunt extrema in prælia
vires,
Teque aliquo ſuperum ſpoliarunt arma
triumpho,
Non impune fuit, noſtris non cedere ſi-
gnis:
Ire coegiſti fœdatos ſanguine truncos
Cum laqueis gladios, mare, ſaccum, &
flumen olentes.
I pede conſueto, ſterileſq; attolle cupreſſos,

Fronte cucullata : non gignunt tartara
lauros.

Alius Semichorus.

Salve, terrificæ cerebrũ lethale Meduſæ.
Dux regis errorum, domitor ſæviſſime
veri.
Noctis amans, lucis fugitans, inimice pio-
rum.
Ingredere, & merito fruere inter mon-
ſtra triumpho.
Hic ſolium, & heic ſceptrum, & heic
diademata terror eſt :
Poſt Cereris gnatam, numero hic Deus
impare gaudet.

ALIUS SEMICHORUS.

Antitheſis Herculis &
Tappari.

Hercules primis animoſus annis,
Vix puer lucis patiens & auræ,
Fregit adnixu tenero duorum
Colla draconum.
Inde per terras volitans iniquos,
Morte vel pugna domuit tyrannos.
Inde bis ſeno vehemens labore
Monſtra ſubegit.

Venit ad manes, ſed ut à ſubacto
Dite non viſos raperet triumphos:
Cerberum traxit, tenebraſque clara
Miſcuit aura.

Hiſce confectis ſuperum favore,
Nil ſibi in terris reputans repenſum,
Orbe pacato, & patre iam vocante,
Scandit ad aſtra.

Tapparus primis rabioſus annis,
Hinc ſenex veri impatiens & æqui,
Fregit audaci cerebro ſacrorum
Senſa librorum.

Inde per Belgas fremitans paratus
Ire, quo Divum traheret voluntas,
Cæde ☞ *bis ſeptem decoravit alto*
Monſtra triumpho.

[☞ Quatuordecim novos Epiſcopos intellige.]

Coxit inſulſas lemurum ſalivas
Cum Quirinalis vomitu Chimæra,
Et minis mortis; populumque diro
Imbuit hauſtu.

Septus errorum tenebris, in ipſo
Sole tentavit generare noctem.

Auſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Auſus à terris removere lucem
Torruit orbem.

Venit ad regem, ſed ut innocentes,
Enſe, vitali ſpoliaret aura:
Traxit inſontes, maduit cruenta
Morte piorum.

Hiſce confectus, ſuperum dolore,
Nil ſibi in cœlo experiens paratum,
Orbe turbato, & Iove vindicante, eſt
Raptus ad Orcum.

Ge. *Quid audivi, cœleſtis pater? quid ſiſto hic pedem? quur non fugio ocius Euro? non libet poſthac tam temere excurrere. Vtinam ſcirent mortales, quid actum ſit. ſed ſuſpicantur, qui ſecum premunt altum ſilentium. Ego panegyricum hominis recepti in locum ſuum audivi; utinam ſit qui epitaphium ſcribat! mihi non libet. Quam repente amiſi! Quis illum à me divulſit? an volavit? non videbatur poſſe, quovis aſino tardior. An aquila ſuſtulit, ut Ganymedem Iupiter? Profecto patent & iſtæ fores occulta quadam vi, ut admittant qui huc pertinent. Iulius nuſquam caſtra poſuit, nec fuit*
iſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

iſte eiulatus à ſtrage: aliud ſuſpicer. Reſtat, ut ſolus recolligam veſtigia. Vtinam occurrat aliquis in itinere, cui iſta narrem: ne homines ignorent, quæ expedit omnes ſcire.

FINIS.

EUAN-

EUANGELIUM SECUNDUM

Paſquillum.

LIber generationis Antichriſti filii Diaboli. Diabolus genuit Papam, Papa vero genuit Bullam , Bulla vero genuit Ceram ; Deinde Cera genuit Plumbum , Plumbum vero Indulgentiam. Ea vero Carenam. Carena vero genuit quadragenam , ex qua tandem orta fuit ſimonia ex ea quæ fuit ſuperperſtitio. Simonia vero genuit Cardinalem & fratres eius in captivitate Babylonica : poſt Captivitatē Babylonicam Cardinalis genuit Curtiſanum, Curtiſanus Epiſcopum papiſticum, Epiſcopus vero genuit Suffraganeum officialem cum Pedello, è quibus prodita eſt penſio. Ex Penſione , orta ſunt Lecare, Conficere , Vendere, quæ genuit Oppreſſionem Ruſtici. Oppreſſio vero Ruſtici genuit Invidiam , Invidia vero genuit tumultum ruſtricorum, in quo revelatus eſt filius Iniquitatis qui vocatur Antichriſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

C. O.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 116